



2386




Vitus Vasherius

Est mihi iustitiae sacro in corde sacellum
Ipsius est solus conditor ipse DEVS.
Vasari hoc templum prohibe mitissime Christe
Fadari sedem nec patiari tuam

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LV DOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Lai. 2.



4 2
BARTHOLEMÆI
FRENCELI
COTHENI
IDYLLIA
SACRA.



Psalm. 2.
Osculamini Filium, ne quando irascatur, & pe-
reatis in via &c.

VVITTEBERGÆ

Johan. Schruvertel excudebat.

ANNO M. D. LXXVI.



ILLVSTRISSI-
MIS PRINCIPALI-
BUS, AC DOMINIS, D. IO-
HANNI GEORGIO, D. CHRIS-
TIANO, D. BERNHARDO,
ET D. AVGVSTO, FRATRI-
bus: Principibus Anhaltinis, Co-
mitibus Ascania, & Dominis in
Seruesto, & Bernburgo &c. Do-
minis suis clementissi-
mis S.

PRINCEPS FL-
le, ac reparator vitæ & sa-
lutis nostræ CHRISTVS,
in precatatione sua, paulò
ante agonem recitata, non sine
gravi causa hæredem vitæ æternæ
pronunciat eum, qui solum ve-
rum DEVM, & quem misit, FILI-
VM eius, agnoscit. Hæc est (inquit)

A 2 vita

EPISTOLA

vita æterna, ut cognoscant te solum verum DEVM, & quem misisti, IESVM esse CHRISTVM. Sola enim agnitio veri Dei est vera sapientia ac virtus: ignorantia autem eius extrema est stultitia, & malicia euidens. Etenim cognito vero Deo, in misso Filio, non solum in ultimo & summo fine, ad quem conditi sumus, verè acquiescimus: verumetiam æternam beatitudinem consequimur: Sicut econtra ignorantes Deum, aut blasphemias, in Deum contumeliosas, stultè fingimus & approbamus, aut idola & cultus, DEO displicentes, comminiscimur, aut deniq; in tragicas calamitates, imò in æternas pœnas, furenter ruimus. Ne verò existimemus, ad vitam æternam

DEDICATORIA.

ternam consequendam sufficere
 illam Dei agnitionem, quæ sumi-
 tur vel ex contemplatione huius
 pulcerrimi theatri, *παιδείας θεωρη-
 σίας*, ut Basilius loquitur: vel illa
 notitia Dei, quæ post lapsum in
 mentibus humanis adhuc fulget:
 disertè affirmat Filius DEI, illum
 solum verum Deum agnosci de-
 bere, qui misit IESVM Christum:
 qui sic dilexit mundum, ut filium
 suum unigenitum daret, ut omnis
 qui credit in eum, non pereat, sed
 habeat vitam æternam: cuius Fi-
 lius propter nos miseros homines,
 & propter nostram salutē descen-
 dit de cœlis: & incarnatus de Spi-
 ritu sancto ex Maria virgine, HO-
 MO factus est: cuius filius postea
 traditus fuit propter peccata no-

A 3 stra,



EPISTOLA

stra, & reluscitatus propter iustificationem nostri, ad cœlos ascendit, ad dexteram Dei Patris sedet, ubi dona distribuit hominibus, mittit eis Spiritum sanctum à Patre, ut sanctificet eos, in sermone Patris, qui est veritas. Quantum sit beneficium, & quanta sapientia, hæc nosse, & rectè intelligere, ex sola priuatione apparet. Scripsit quidem Cicero libros de natura Deorum, in quibus eruditè disputat, utrum sint Dij, nec ne: deinde an sint gubernatores mundi, & omnium rerum procuratores, an verò ociosi tantùm eorum, quæ geruntur, spectatores: Postremò, num humanis rebus consulant, an verò nulla prorsus humana cura afficiantur: Quid verò sint illi Dij, & qua-

D E D I C A T.

quales sint, tantum abest, ut possit enunciare, ut etiam cum Simoni- de Poeta concludat, sibi, quò diu- tius consideret, eò totam rem vide- ri obscuriorem. Fingunt sibi Eth- nici varios Deos, in cœlo consul- tantes, Iouem, Iunonem, Martem, Pallada, Venerem, & alios innu- merabiles: Sculpunt sibi Turci Deum, qui est conditor cœli & ter- ræ, nec est Pater, filius, & Spiritus sanctus. Colunt Ægyptij pro Deo feles, ciconias, tauros, capras: Papi- stæ panem, homines defunctos, statuas, bona opera: diuites auari pecuniam, opes, &c. Sed quid ali- ud omnes illi faciunt, quàm quod numen siue idolum sibi sculpunt, quod nihil est in mundo? O for- tunati igitur nimium, sua si bona



EPISTOLA

norint Christicolæ: Dum enim
 verum Deum in filio agnoscunt,
 optimam partem deligunt, quæ
 non auferetur ab eis: et omnia pro
 damno habent, modò ut CHRIS-
 TVM lucrifaciant, καὶ καλῶς ποιῶσι,
 προσέχοντες τῷ προφητικῷ λόγῳ, ὡς λύχνα
 φαίνοντι ἐν ἀυχμηρῷ τόπῳ, ἕως ὃ φωσφόρος ἀνα-
 τείλη ἐν ταῖς καρδίαις ἀνθρώπων. Quæ cum i-
 ta se habeant, nos singuli, quate-
 nus vitæ æternæ participes fieri cu-
 pimus, (cupimus autem omnes)
 operam demus, ut in vocatione
 nostra, imò in omni vita, rectum
 finem prospicientes, hūc modum
 cognoscendi verum Deum, & dis-
 camus, & urgeamus, & pro viribus
 ad posteritatem propagemus. Sic
 enim & nos, quemadmodum ia-
 culatores, metam prospicientes,
 certius tela sua dirigunt, minus in
 tota

DEDICATORIA.

tota vita hallucinabimur. Magistratus igitur non tantum sit armentarius, sed curet populum de his tantis rebus erudiri: curet, ut eleuent portæ capita sua, ut ingrediatur Rex gloriæ, & ita vera Dei notitia in genere humano propagetur, & conseruetur. Doctores Ecclesiæ, & Episcopi sint fidi dispensatores mysteriorum Dei, & docendo, arguendo, consolando, & exhortando adigant auditores, ut hunc solum verum Deum cognoscant, & quem misit, IESVM Christum, & sæpè ijs occinant vocem filij Dei, Iohannis 8: Si non credideritis, quod ego sim, moriemini in peccatis vestris. Parentes statuant, se non posse meliorem liberis hæreditatem relinquere, quàm si

EPISTOLA

ab ineunte ætate in studio cognoscendi hunc verum Deum, item in artibus & bonis moribus, benè sint instituti. Hoc enim patrimonium, teste philosopho, eis perpetuum manet, neq; à fortunæ procellis labefactari potest. Idem faciant & Præceptores, & pueritiam, iuxta Pauli præceptum, inprimis educent in παιδεία καὶ ὑψηλοῦς κυρίως hoc est, non tantum mores eorum honestè regant, & ingenia non λεπτολογίαι, quæ nec scienti profunt, nec ignorantibus nocent, sed linguarum & artium principiis fideliter excolant: verumetiam doctrinam de DEO, & Domino nostro IESU Christo ijs instillent, ut à puero sacras literas teneant, quæ ipsos ad salutem erudire possunt, & eligant abiecti

DEDICAT.

abiectioni esse in domo Dei sui magis
 quàm habitare in tabernaculis im-
 piorum. Ita unusquisq; , in qua-
 cunq; sit vocatione, omnia ad glo-
 riam Dei faciat, & lucem suam pa-
 tiatur lucere inter homines, ut glo-
 rificetur Pater noster , qui in cœlis
 est. Hæc ego apud animum cogi-
 tans , ut quicquid in me est inge-
 nij, quod sentio quàm sit exigu-
 um, illud omne soli vero DEO, &
 CHRISTO eius consecrarem, scri-
 psi has Eclogas , seu Idyllia sacra,
 ad imitationem Eclogarum Vir-
 gilianarum , tùm ut meditatione
 summæ *ευλαβωπίας* Christi , in nos
 miseros & damnatos homines, ad
 vitam æternam me præpararem,
 tùm ut pro talento, mihi à Deo
 concesso , propagationem veræ ac
 saluta-

EPISTOLA

salutaris doctrinæ iuuarem, tum
 ut adolescentibus, meæ fidei com-
 missis, viam monstrarem, qua &
 ipsi optimos autores utiliter imi-
 tari consuescerent, & ingenij vires
 ad verbi diuini potius illustratio-
 nem intenderent, quàm ad tracta-
 tionem earum rerum, quæ (ut Po-
 etæ verbis utar) sunt trica atq; api-
 næ, & si quid vilius istis. Quia
 verò omnium difficilimum est,
 ἔργασιν ἐν μεγάλοις πᾶσιν ἀδ' ἔρ, ut in-
 quit Solon : fortassis erunt, qui fa-
 ctum meum vituperabunt, quod
 hanc Christiada editione in vul-
 gus dignam esse volui, cùm flu-
 men mei ingenij tantum non sit,
 nec illa scribendi vis, & copia, quæ
 vehementer animos hominum in
 legendo retinere, nedum beneficia
 Filij

DEDICAT.

Filij Dei satis exornare possit. Non
possum id inficiari, imò ingenuè
fateor, me parum ingenij ad fin-
gendum habere, nec aliquid di-
gnum eruditorum auribus efficere
posse: verùm cùm materiam scri-
bendi mihi dictitet ipse Spiritus
sanctus, sapientiæ, consilij, & ti-
moris Domini spiritus: Verba au-
tem præbeat Virgilius, latinorum
Poetarum optimus: spero candi-
dum & pium Lectorem facilè mi-
hi veniam daturum, etiam si vix in
secundis, (quod tamen honestum
esse Cic. in Oratore refert) tertij sue
consistere videar. Et quidem illa
etiam laus non est postrema, quæ
ex ore lactentium & infantium
Deo parata venit, eiusq; in nos col-
lata beneficia prædicat, id quod
histo-

EPISTOLA

historia Apostolorum, item exempla Annæ Helcanæ, Raguelis, Senioris Thobiæ, Mariæ virginis, & aliorum satis testantur: quin ipse filius Dei Patri suo, Domino cœli & terræ, gratias agit, quod mysteria verbi sui abscondidit à sapientibus & prudentibus, & ea paruulis reuelauit. Quod si Ethnicos Poetas laudamus, qui de religione sua, quantumuis superstitiosa & commentitia, numeros ac versus confecerunt: quanto magis nos hoc facere decet, qui religionem veram & incorruptam habemus, quam unigenitus filius Dei, qui est in sinu Patris, nobis enarrauit. Deniq; quicquid factum est, aliorum autoritate & consilio factum est. Cum enim has lucubratiunculas
 viris

DEDICATORIA.

viris Reuerendis, commemorabili pietate ac virtute præditis, Theologis huius Diœceseos, item Clarissimis viris, D. Iohanni Truckero, D. D. Friderico Trauboth, Illustrissimi Principis ac Domini nostri Consiliarijs, D. D. Stephano Martino, Anhaltino Medico, D. M. Gasparo Gotschalco, iuniorum Principum Anhaltinorum Præceptori dignissimo, alijsq; doctis viris, Patronis meis omnibus unicè colendis, monstrarem: non solùm ipsis probabantur, sed etiam autores mihi fuère, ut ad summum nostri seculi virum ac Poëtam, D. D. Iohannem Maiorem mitterentur, cuius iudicio, ut vides, candide Lector, & approbatæ sunt, & postea ad editionem adornatæ

EPISTOLA

natae. Sed fortassis aliqui hoc mihi vitio dabunt, quòd summam doctrinae Christianae Bucolico carmine deducere, & verba Virgilij, quae conuenere, mutatis rebus, in mea transferre, & pro meis uti conatus sum. Verum est, Bucolicum carmen ideò sic vocatur, quod argumenta de re rustica, & cantiones seu res, pastoribus conuenientes, ut plurimum cõtinet: Inuenimus tamen etiam grauiores ac sublimiores res his numeris sepe includi, sicut Idyllion Theocriti, quod Encomium Ptolemæi inscribitur, Item Genethliacon Salonini, & Epicedion de morte Iulij Cæsaris, in Eclogis Virgilianis, Item Canticum Salomonis, quod magna ex parte Bucolicum est, satis ostendunt.

DEDICATORIA.

dunt. Delegi etiam hoc genus carminum ideò, quod ab omni ostentatione eloquentiæ est remotissimum, & homines, etiam mediocris ingenij summa cum delectatione exercet, & plus sua humili oratione sacris materijs convenit, quàm grande aliquod dicendi genus, de industria quasi ornatum ostentans. Sacræ enim materiæ, seu verbum Dei, non opus habent pharmacis sapientibus, sed natiua oratione, & simplicitate gaudent, & verè in illis locum habet Euripidis illud in Phænissis:

ἄπλῆς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,
 καὶ ποικίλων δ' εἶτ' ἀνδρῶν ἐρμηνευμάτων:
 ἔχει γὰρ αὐτὰ καὶ νόσους, ὅσ' ἀδίκῳ λόγῳ,
 νόσων ἐν αὐτῷ, φαρμάκων δ' εἶται σοφῶν.

Quod si cui imitatio mea displicet, ideoq; me accusat, is Virgilium

B ipsum

EPISTOLA

ipsum, (taceo cæteros) accusat, quem autorem habeo, & cuius æmulari exopto summam industriam potius, quàm accusantis obscuram diligentiam. Si enim Virgilius, qui (ne quid maius dicam) Homero secundus accessit, & prior tamen primo fuit, quàm tertio, iuxta Afrum Domitium, magna sedulitate in suis Bucolicis Theocritum imitatus est, & præsentibus rebus suis sententias, ab ipso acceptas, concinnè applicauit: quid mirum erit, si ego ipsius, tanquam regis latinorum Poetarum, vestigia, & in verbis, & in dispositione sanctè sequor, καὶ πρὸς ὅν, ὡς πρὸς πρὸς παράδειγμα, πρὸς τὸ χεῖρ, πανός μὴ ἀγνώστου, σαρειω; præsertim cum ipsius Bucolica summa arte composita, &

DEDICAT.

& tum verborum elegantia, tum sententiarum grauitate, omni diligentia cura, & industria studio ita sint elaborata, ut omnis imitationis in poesi exemplum, regula, principium, & finis esse videantur. Nulla etiam felicior est imitatio, teste Camerario, præceptore nostro communi, piæ & sanctæ memoriæ, quàm illa, quæ propositum aliquem locum illustrem optimi alicuius auctoris, in aliam rem atq; argumentum deducit, & tamen in diuersa expositione similitudinem seruat, cum in verbis ac sententijs, tum in ordine atq; compositione. Qualis autem labor sit, in imitando omnia scitè eligere, electa aptè concinnare, concinnata luculenter sua industria exponere,

EPISTOLA

omnes illi, qui tentarunt, facile experti sunt, & Maro ipse testatus est, quando dixit, facilius esse, Herculi clauam extorquere, quàm de Homero versum eleganter in Latinos numeros transferre. Licentias deniq; Virgilianas aliquibus in locis bono & simplici animo retinui, partim ut Bucolici carminis τὸ πρῆπον exprimerem, partim ut ad rerum dignitatem aptè & quasi decorè loquerer. In quibus, si cui nimia fortasse videbor usus esse licentia, non magnopere me excusabo, sed hoc saltem à candido lectore petam, ut hæc qualiacunq; mea vel boni consulat, vel eadem ipse corrigat, & meliora faciat.

Has verò Eclogas vobis, Illustrissimi Principes, nunc consecro,
&

DEDICAT.

& sub auspicio Incltyti nominis
 vestri in lucem edo: tum quia in
 his extant solius veri DEI, &
 quem misit, IESV CHRISTI
 laudes & res gestæ, quarum com-
 memoracione vos pro innata &
 patria pietate unicè delectari certè
 scio, tum quia in ditioe vestra
 natus sum, et ornatus multís bene-
 ficijs ab Illustriss. Principe ac Do-
 mino D. IOACHIMO ERNE-
 STO, Principe Anhaltino, &c. ve-
 stro parente, Domino meo cle-
 mentissimo, dum hisce in locis
 Dei beneficio pueritiam docui:
 tum quia constat, maximam vos
 auitæ gloriæ ac virtutis spem &
 expectacionem sustinere, quam
 non tantùm salutari doctrina, qua
 nunc feliciter utimini, sed etiam
 B. 3 eius

E P I S T O L A

eiusmodi dedicationibus excitari omnino existimo. Quem laborem meum, & gratæ mentis significationem, ut clementi animo accipiatis, & pium fouendi, promouendiq̄ue Musas meas institutum retineatis, debita animi summissione oro atq̄; obtestor. Deum opt. max., datorem salutis & regnorum feliciam, oro, ut propter unigenitum filium suum, Dominum nostrum I E S V M C H R I S T V M, Ecclesiæ suæ Halcyonia, & tranquillum hospitium in vestra diœcesi diu concedat, vosq̄ue ipse in veritate sua doceat, regat, seruet, & benedicat, iuxta promissionem: Generatio rectorum benedicetur, Amen. Datæ Bernburgi, sexto Calendas Augusti, qui dies

DEDICATORIA.

dies natalis fuit illustrissimo Prin-
cipi, ac Domino, D. VV O L F-
G A N G O, Principi, piæ memo-
riæ, in Anhalt & Ascania, Anno
post natum humani generis serua-
torem M. D. L X X V I.

C. V.

reuerenter colens

Bartholemæus Frence-
lius Ludimode-
rator.

B 4 Epi-



EPIGRAMMA.

Cum pia FRENCELII legisset carmina vatis
Visa est ex Musis una referre soror.
Gallis, atq; Italis inuidit Teutonibus ora,
Dum solos Vatum nomen habere putat.
Sed res Christe tuas exponens carmine puro
Frencelij ingenium sustulit inuidiam.

Iohan. Maior D.

ÄÄÄ



Ἄλλο.

Ποσειδάκι θεῶ ἢ χάρις σευ, τ' ὄνομα τόσων,
ὧς μὴ ἄλις ποιμὼν, ἵππιος, οὐδ' ἀροτῆρ.
Ὅν μοῖσ' οὐδέ μάρων, οὐ κῶθιος, οὐδὲ Ὀρφεύς,
Σὼ τῶ ἐπαίνῳ ἄλις, μύρια οὐκ ἐπέων.
Ἐυσείκοσ δὲ μόνος τὸ θέλημά σοι ἀγλαὸν ἀρκῆ:
Ὡς γε μάρων ἀνέκ' ἄρ' ἔμιμνε μὲν.
Παυσάδω ποιμήντ', ἀροτρεύστε, καὶ ὄβριμος
ἵππεύς:
Βάρθολος ὑμνολογῆ μείζονα Ἰλιάδ' ἔσθ'.

Ἄυτοχέδιως.

M. VV. A

AL:

Tanta est Gnate Dei bonitas tua, gloria tanta,
Ve non sufficient pastor, arator, eques.
Non tibi sufficient Musæ, Maro, Cynthius, Orpheus,
Sufficient laudi carmina nulla tuae.
Sufficit una tibi pietas, et prona voluntas:
Æmula Virgilij quam noua vena docet.
Cedite pastores, cum milite, cedat arator:
Maior, quem cantat Bartholus, Iliade est.

M. Abrahamus Vlricus,
Superint: Seruest:

B 5

Ecloga

A Gloga Vergilio dicatur rustica Musa,
Quae canit Aegonem, capras, ouiumq; magistros,
Sordida rura, casas, fatuosq; Amaryllidis ignes,
Ecloga Frencelij reputetur sacra Poesis,
Qua canit aetherei gemmata palatia caeli,
Aurea templa, dapesq; sacras, vitamq; beatam,
Atq; infinitos Iouis omnipotentis amores.
Ergo Frencelius tantum modulando Maronem,
Sol rutilans quantum superat lucendo Dianam:
Quantò nobilius caelum tellure, lutoq;
Carmina Frencelij tantò meliora Maronis.
Cedat terra polo, praecellant sacra profanis.

M. Petrus Harringus
Superint. Cothon.



[Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]

ἘΝ ΔΕΚΑ ΔΙΣΤΙΧΙΟΝ:

Ζ Ν Ζ Δ Υ Λ Λ Ι Α Μ.

BARTHOLOMÆO FRENCHELIO,

Ludivectoris Bernburgensis, viri ornatissimi: quibus fidei Christianæ summa, carmine Bucolico, non minus eruditè, quàm eleganter deducitur.

Ἄγλαός ἦσθε Ἰαῶνις ἐνὶ χρυσῷ ποτὶ ὄφθαλμοῖς
Ἄσθ' ἔπειθε χρυσέω ὡς ἐνὶ Χριστῷ ἔπεθε.
Ὅια δ' ἐπ' ἀργυρέῃ χρυσῷ ἄγε μῆλα τραπεζῆς,
Ἰμνολογεῖν χρυσὸν τοῖον ὅλον τὸ μέλι θύμης.
ὣς ὡς ὁ ἥλιος φωσῆς τῷ κόσμῳ ἔγεντο,
Ἄσματος ὡς ἀγαθῷ χρυσῷ ἄρ' ὄσι φάος.
ὣς δ' ἢ ἀποιχομένῳ φαέθοιτος ἐφ' ἑσπεθ' ἐμίχλη:
ὣς σκότος ἐστὶν ἀγνοεῖν χρυσὸν ἅπαντ' ἔπος.

Q V A L I S C V N Q V E

E I V S D E M E P I G R A M

matis in Latinum conuersio:

E O D E M A V T H O R E.

I Aspidis ut virtus rutilante coruscat in auro:
Carmine sic splendet CHRISTVS in aureolo.
Quale sed aureolis pomis argentea mensa:
Tale decus CHRISTO dedita MVS A refert.
Auricomans ut enim Sol replet lumine mundum:
Sic Christus lux est carminis, atq; iubar.
Solis at ut radij cæca se nocte recondunt:
Nescia sic Christi, luce, T H A L I A, caret.

πῶς

πῶς ἄρα φρεγκέλι Θ μὴ ἄξιός ἐσαι ἐπαίνου,
 τὸν φωσῆρα βροτῶν χριστὸν ἀφσάμου Θ :
 χριστὸν, ὃν ἀμμι δίκαιοσάωλω, χ' ἁγιασμὸν ἔ-
 και ἀπολύτρωσιρ, ἢ σοφίαν ὁ πατρὸς. (πεμφε
 τῶδ' ἐνὶ πᾶσι ἑ μλύωρ, σοφός, ἠδὲ δίκαιος ὑπάρχει,
 και ἀπολυτρωθεὶς ἁίματι τῶδ', ἁγι Θ .
 Αὐτὰρ ἐν οἱ, χριστὸν δίχαι, μὴ σοφός, ἀλλὰ ἐδέλυγ-
 και πασᾶν ἀσεβείας δ' ἄλλος ἁμαρτυρίων. (μα,
 τὸν μὲν ἄρ ὑμνήσας φρεγκήλιος, ἢ α μεγίστ,
 σὺν πατρὶ, σώτ' ἀμφοῖν πνεύματι ὄντα θεόν:
 τὸν νομα ἔλλογίμως φρεσίρ ὡς λόγον ἡλιον εἰδῶς,
 ἔλλαχε, χ' ὡς ἐχέφρων, ἄξιός ἠδὲ κλέους.
 Δεῦτε νυ, ἐσκολικῶς παῖδες τὸν κοῖζανον ὕλης,
 πᾶνα μὴ ἄγνωστον, δόξολογεῖτε Λ Ο Γ Ο Ν .

*Quis neget ergo tibi FRENCELI debita laudum
 Præmia, qui Christum voce decente canis?
 Christum: in quo sapimus, iusti sumus, atq; redempti,
 Et sancti: Christum misit ad ista Pater.
 Quisquis es, insitus huic, sapiens, & iustus haberis,
 Et sanctus: Christi quippe redempte lytro.
 Extra sed Christum sapientia, vita, salusue
 Nulla est: in nobis nil nisi CVLPA sumus.
 Hunc quia Frencelius canit unicum, in ordine Trino,
 Cum Patre, cumq; sacro Flamme, ritè Deum:
 Scilicet appositè, quasi solem mente coruscans,
 Est Graijs dictus, clarus & ingenio.
 Ergo agite ô Pueri, deducto carmine CHRISTVM,
 PANA haud ignotum, concelebrate LOGON.*

*M. Wölpfgangus Amlingi,
 Seruestæ ad Nicol. Pastor.*

FN SACRA FDYL
LIA FRENCELIANA
Ἐπίγραμμα.

Ευδοκίμοις πᾶσιν μεγάλας θνητοῖσιν Ομήρου
πανταχόθεν μέγαν θεῖα κλείονται ἔπη.
Ὅσται ἠρώων μόνον ἴαλγε ἀήσυλ', ἄρκα
Δακρυόεντ', ὀλοῦν ἔϊτα ἄϊσε μάχῃς :
ταῦτα μὲν ἀνθρώπων πολυῖδριος ἦτος ἀγαυόν
ἔντερος πέτε, νόον σφόδρα τ' ὀφέλλει εὖν.
Τίς μὲν ἄρ' οὐ τοιαύτῳ ἐυφημήσει ἔπωδ' ἦρ;
Βουκολικῶν παῖν πύκνα γέγραπται ἔπη.
Ἴσορίην ἀγίην ὅσιν ἐῖρησθε βιβλοιο
σπουδαίως παντὶ κατ' ὀλίγοισιν ἔχα :
ἦρ δ' ἠνωλεμέως, μόνον οὐ φρένα τέρετ', ἀκδωρ,
Ἄλλ' ἄγ' ἐπ' ἄνιον εὖ τε ἀνακτα νοῖ.
Βιβλίον δ' οὐ τ' ὀφρωκελίς ἀπόλανε ἀρίστ',
Ἀφθονίας, μῶμου ἀργαλίοιο ἀνευ.

M. Lazari Meyer Bern-
burg : Ludi literarum
eiusd. σωέρου.

IN IDYLLIA SA-
CRA D. BARTHOLO-
MAEI FRENCELII V. CL,
PRAECEPTORIS SVI
obseruandissimi.

*Hoc, ut vidit, opus sacrum miratus Apollo,
Parnassi, dixit, montis adeste Deo.
Vatis Apollinea lauro redimite capillos,
Hic Aganippaei fama liquoris erit.*

*Ioan. Nebelius
Bernburgensis.*



Hendeca.

HENDECASYL

labum ad Lectorem.

Vitam qua faciunt beatiorem
Humanam, pie (crede) lector
hac sunt :

Non res ullo hominum labore par-
Res diuinitus ac piis relictæ. (ta,
Natura unde sit inquinata, scire,
Humani generis : molestia unde
Tanta, lis Sathanaq, mors acerba,
Vires perditæ, & imbecille corpus.
Vires deinde nouas, salubre corpus
Quid rursus paret, afferatq, nobis.
Christi simplicitas, amorq, summus,
Aduentus tenuis, misellus ortus,
Vox non horrida, vox grauata cu-
ris
Sanans corda, leuans & agra cor-
da. Mors

Mors tristis, tamen omnibus sa-
lubris,

Ex umbris reditus, sacer trium-
phus,

Qui nos salvificet, necis tenebras
Et nostræ faciat breves tenebras.

Quod si versiculis minutulisq;
Pauxillisq; cano ista, ruminosq;
Grata mente, aliud nihilq; malo:
Des ò des veniam minutulisq;
Pauxillisq; metris, benigne lector,
Et longum, atq; diu vale, quod op-
to.

B. F. C.

Bartho-

BARTHOLEMÆI
Frenzelii Cotheni, Ecloga I.

ADAMVS.

Gen. 2. Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in Paradisum voluptatis, ut operaretur, & custodiret illum, præcepitq; ei dicens: Ex omni signo Paradisi comedes: De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. In quocunq; enim die comederis ex eo, morte morieris.



ἸΝ ΟΪΕΒΕΙΣ.

*Insidijs Colubri summas amittit Adamus,
Id miser hic primo carmine deflet, opes.*

C

Argio

ARGVMENT- tum.

Didacticum aut historicum hoc Idyllion est. Nam præter institutionem cultus diuini, quo Adam, in Paradiso collocatus, DEO declarare debuit suam obedientiam, habet historiam de Lapsu primorum parentum, de Diabolo, hoste & uicidō DEI & hominum: item, de doloribus conscientia, peccata vniuersaliter comitantibus.

LOCI SVNT.

- I. De causis & effectibus peccati.
- II. De insidijs & Tyrannide Diaboli erga genus humanum.
- III. De imagine DEI in homine.
- IIII. De libero arbitrio hominis antè & post lapsum.

IN

I N T E R L O C U T O.
R E S.

Serpens : Eva : Adamus.

EVa, nec inuideo: tu leta sub arboris umbra S.
Cum consorti tuo toto dominaris in orbe:
Ipse gradu lucis deiectus verberare cauda
Verro solum, & latebris ævum miserabile ducor.

O serpens, quæ leta vides D E V S oia fecit. S.
Nanq̄, erit hic nobis semper D E V S: illius vnum
Numen in æternum grato celebrabimus ore.

Ille mihi has dotes patrio permisit amore. S.
Non, virgo, inuideo: letor magis, his in amœnia
Quod dominaris agris: quin hoc te dignor honore
Ipse ego, dignaborq̄, tuo quin nomine ducor.

Vos etenim nobis spectantibus ipse Creator (quit.
Spem generis vestri, modo in amplo hoc orbe reli-
Sapè bonum hoc vobis, vt mens vos iungeret vna,
Vtq̄, æquaretis certis hunc legibus orbem,
De cœlo missum meminì committere Numen.
Sæpius hoc genitor commisit ab æthere vobis.
Sed tamen hos fructus toties cur aspicias E V A?

FRUCTVS, quos hic ipse vides, ego corde putavi E.
Stulto alijs cunctis similes, quibus ambo solemus
Vesci, amboq̄, famem depellere sæpius agram:
Sic plantas plantis similes, sic floribus herbas
Noram, sic pomis componere poma solebam.
Verùm tantum alijs hi præstant fructibus, aurum

A D A M V S.

- Quantum consuevit reliquis prestare metallis.*
- S.** *Et quæ causa tibi est tantum mala ista colendi?*
- E.** *MAIESTAS Diuûm, librat quæ lancibus æquis
Omnia, quæq; suo iussu respexit inertem
Haud finem, ista meo modò commendauit Adamo:
Commendauit, & hæc per tempora cuncta colemus,
Dum nos hic Paradisus habet, dum mundus habebit.*
- S.** *Mirabar, toties cur hæc arbusta uideres,
Aut cur pendere hæc patereris in arbore poma.
Conditor an dixit? comedas: en ipsa voluntas,
Ipsi te sensus, ipsa hæc te corda laceffunt.*
- E.** *Quid facerem? non iussa Dei violare puderet?
Et tam clementes uitij offendere Diuos?
Ecce (fatebor enim) dum me locus iste tenebit,
Non spes libertatis erit, non ardor edendi,
Non unquam sanctos fructus mea dextera tanget.
Hic generis nostri factorem audiuius ipsum,
Mandatum hic nobis primus dedit: omnia poma
Carpite, quæ pendent: medio tantum arbor in horto
Vna uiret, cuius, bona quæ sint, quæ mala, fructus
Arguit: hanc neuter petulanti tangere dextra
Audeat. audentem citò mors truculenta sequetur:
Credite, credenti mihi vos summittite corde.*
- S.** *Virgo, parum felix, hæc si tua cura manebunt
Iussa, molesta satis: quî dixerit? omnia poma
Haud uesceris, Adame, vagus quæ hic educat hortus?
Non, mala hæc comedens, tentabis noxia mala,
Nec mala te rapidæ mortis contagia lædent.*

Vir-

A D A M V S.

*Virgo nimis felix, si hic inter roscida mala.
 Cum consorte tuo malum hoc captabis amœnum.
 Hinc quod rerum opifex nouit, quod & inuidet ille,
 Hos fructus quocunq; die captabitis: ambo,
 Quod Dij sunt, eritis reserato lumine, sacris
 Et dabitur vobis epulis accumbere Diuûm.
 Hinc clara sub luce eritis prauiq;, boniq;
 Gnari, hinc amborum pia cura bonumq;, sacrumq;
 Sectandi, nunquam cessabit pectore ab imo.
 Annê ais? arridet fructus, benè pascit ocellos
 Ille meos: mentem nequeo expleriq; tuendo
 Ardescoq;, homines sapientes dum facit. Ergò
 Ergò age decerpam. **F R V C T V S** quã dulcis, Adame.
 Tu quoq; tu coniunx comedas: comedas age, quidnam
 Quid dubitas? facit ille bonos, facit ille beatos.
 Et sumo, & comedo. Fructus facit ille beatos?
 Heu pudet heu facti, facit ille bonosq;, beatosq;?
 O miseri, nudos cerno, & iam doribus orbos,
 Quas Deus inseuit nobis in origine prima.
 Antè pererratis Paradisi: sinibus, ambo
 Aut animo superos, pleno aut cantauimus ore:
 Labitur ipsorum nostro nunc pectore vultus
 Prorsus, & exuti donis cœlestibus, heu heu
 Fœdati larua sumus atri Dæmonis atra.
 At nos ad nigrum morientes ibimus Orcum
 Proh dolor, & lucos stygios, regna inuis viuis,
 Visemus, penitus diuisi pectore tristi.
 O dolor, ô tantas isto quod tempore fraudes*

E.

AD.

E.

C 3

Non

A D A M V S.

*Non subolens, stolido dimissi pectore Verbum
Numinis, ô astus quod sum mirata Draconis.
Impius an serpens hoc sanctum corpus habebit?
Impius has animas? en quo nos, impie serpens,
Perduxisti miseros? en vix incedimus agri.*

AD.

*Inijce nunc, mors saeva, manus, saeva inijce vincula
Nunc miseris: sua utriq; iterum pone ordine vincula.
Ite meae quondam felicia munera vires.
Non ego vos post haec, vitijs demersus in atris,
Eternum celebrare Deum grato ore videbo.
Gaudia nulla assunt: nec tanta potentia mentis,
Ad nutum sese quae Numinis aggreget ultra.
Nec sub luce, nec hac potero requiescere nocte,
Orbe super vasto. mihi namq; averse voluntas,
Cor lasum, densis mens agra immersa tenebris.
Et iam summa crepant caelorum culmina: N U M E N.
Numen adest: folijs recti condamur in antris,
Tergaq; ad accessum vertamus Numinis alti,
Ne nos aspiciat nudos ab imagine Diva.*



E C C L O.

ECLOGA SE-
cunda.

ΛΟΓΟΣ.

Gene. 3. Inimicitias ponam inter te & mulierem, &
semen tuum, & semen illius: Iple conteret caput tuum, &
tu insidaberis calcaneo eius.



ἸΠΟΘΕΣΙΣ.

*Ne nimium gaude serpens, moliminis huius,
Semine nascendus Virginis, vltor erit.*

C 4

ARGV.

ARGVMENTVM.

Mixti generis est hæc Ecloga, partim generis iudicialis, partim deliberatiui. In primo enim actu **DEVS** iratus primos parentes, in ius vocatos, seuerissima voce accusat, inquiring: *Vbi es, quid fecisti?* & simul ipsis multiplices molestias imponit. Diabolum verò fulmine æternæ maledictionis damnat. In altero mirando temperamento iustitiæ & misericordiæ derivat in **FILIVM** Mediatorem pœnam, & **EV M**, qui non novit peccatum, facit peccatum, ut nos fieremus iusticia in ipso.

LOCI SVNT.

- I. De effectibus & coniunctis peccati.
- II. Doctrina de lege **DEI**,
- III. De promissione gratiæ, seu de Euangelio.
- IIII De æterna maledictione serpentis & Diaboli.
- V. De tunicis pelliceis, typis Christi, qui pro nobis factus victima, pelle sua nos circumdat ac vestit, ut **Esaia** 61. dicitur: *Induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me.*

INTER.

INTERLOCVTIO.
RES.

Deus: Adamus: Eua: ΛÓΓΟΣ:
Michael: Raphael.

D. *It mibi, Adame, es ubi? qualis cibus? D.
annè Tonantis?*

A. *Non, verùm ε V A huius, comedendum
tradidit Eua.*

*Infelix ô semper homo, dum peçtore stulto
Stulta fouens, alia haud nostris præferre vereris
Iussa sacris iussis: mea sic mandata vereris?
Quas tibi, quot dotes vnus fraude Colubri
Tartareus Daemon vna detraxit in hora?*

*Nunc alienus, homo ô, custos te torquet in Orco,
Nunc tibi lux animi, & spes subducitur agro.
His vesci nunquam constanti mente volebam:*

*Novi etenim, quàm sancta mihi mandata tulisti,
Et quo sub malo neglectis at ista virago,
Quam mihi quam vitæ sociam DEVS ipse dedisti:
Aspicit, arripit, arreptum mihi porrigit, edi.*

*Mox pavor inuasit mea corda, tuamq; tremiscens
Vocem, mox nudum me vidi, umbrasq; petiui.
Credo: sed arbustum cur ausa es tangere virgo,*

Atq; tuo fructus incidere dente sacros?

Serpens ad riuos hortos hæc tangere poma

Me stolidam iussit: bona quanta omisimus eheu,

C 5

Es

Et quantas dotes? quæ tu, tristissime serpens,
Mox, cum vidisti nobis donata, dolebas,
Et si non nobis rapuisses, mortuus esses.

D. ad ser-
pentem.

Ergo quid faciam, serpens, cum talia es ausus?
Nonne ego de curiælis maledictum animantibus
unum

Te statuam? MALEDICTVS eris, depastus hu-
mumq;

Semper humi repes, quorsum te proripis, & cum
Errat ubiq; pecus, tu post carecta latebis.

Antibi gratiaris, fallendo vincis ut illam?

Quam mea, ceu nosti, formavit dextera? nanq;

Si nescis, plasma ipsa meum fuit, & mihi Adamus
Ipse fatebatur, quin posse negare negabat.

Fallendo tu illam? Quare tibi tempore nullo

Iunctum erit illius semen: prolem inter & eius,

Atq; tuum semen Concordia nulla, fidesq;

Semper erunt: CAPVT UT VINDE tibi conteret
acer

Tartareum, te disperdet virtute potenti.

An cupis? experiare igitur, quid possit uterq;

Vestrûm: eius sanè figes (ne fortè recuses

Vlisci) calcem lingua vibrante, videbis

NUMINE at IPSIVS VICTVS, quo numine
certes.

Ad Euam

Cum sis ausa meum, mulier, deponere verbum,

Est quod & has contra leges, & nostra statuta,

Dum tibi tantum adeo placuit cibus iste, quod ipsa

Aereas

Aere et inter quercus es fassa : molestia
 (Luxuriare tibi libuit quia) tempora ponam.
 Ventris onus, nostræ dextræ unum opus omnipoten-
 tis,

Multa tibi ut tulerint deni fastidia menses,
 Reddes, sed summo vitæ non absq̄ periculo.
 In mundo vnus pendebis ab ore mariti,
 Hic tibi, quid fugias, præscribet, quidue sequaris,
 Nec leuis amoueas eadem, sed subdita serues:

Ad Ad-
 mum.

Et quia gustasti tibi, Adame, nocentia poma,
 Quæ in medio nobis posui, tibi quæ prohibebam,
 Et molles sociæ voces amplexus es e v æ:
 Sint steriles agri, sint infelicia terræ
 Pabula te propter: facilis via cuncta colendi
 Haud erit arua tibi, victum tibi non sine magno
 Conatu vitæ per secula cuncta parabis.

Nec lætas segetes sæpè, arua aut condita cernes:
 Infelix lolium cernes, edet & mala culmos:
 Rubigo: nihil est, quod laudès ista, priorem
 Sed ad vitam spectes: comedes olus ager, & herbas:
 In sudore tui vultus ieiunia pascas,

”

Subabis, mala multa feres, mala multa subibis,

”

Donec & hsc corpus terram vertatur in ipsam

”

Per mortem: res est etenim certissima, puluis,

”

Puluis es, atq̄ iterum fies ex puluere puluis.

”

Hæc nunquam effugies, venias quocunq̄, feraris,

Efficiam posthac, ne noxia pabula gustes.

Dicite, quandoquidem sella residemus in alta.

Et Δό.

Αὐτὸς.

Et nunc ira omnis, nemesis nunc desijt omnis,
Nunc immensus amor iustam Patris abstulit iram,
Nunc inter sese occurrunt I V S T V M Q V E, Q V I
E S Q V E,

Incipe Spirituum Dux, incipe : deinde sequere
Tu Raphael, decreta DEI sacra, nuncia sacra,
Dicite, mortalis decreta hæc audiat omnis,

M. A P A T R E principium, genij, P A T R I S omnia
plena,

Hic homines iterum fouet, huic mortalia cure.

R. Hos & C H R I S T V S amat, C H R I S T O sua propter
eosdem

Vulnera sunt, clavi, & suauè rubens latus, & crux.

M. E V A puella vorat malum, lasciuia puella,
Et perit, ut similem sese cupit esse Tonanti,

R. Ast huic sese offert Patris ardor, Prolis & ardor,
Notior ut furij non fiat fœmina diris.

M. Parta hominum generi sunt vita, salusq; : parauit
Ipse Αὐτὸς, vestros miseratus, Adame, labores.

R. Quod voluit, Pater hunc domitorem tristis Auerni
Tempore finito mittet, S V A M V N E R A mittet.

M. O quoties & quî tibi conteret hoc caput, Anguis,
Hos homines donec moriendo reducat ab Orco?

R. Quid prodest, calcem victoris ledere? V I C T O R
V I N C E T H I C, hic animas seruans, tua retia vin-
cet.

M. O homo, crede, D E O non sunt tua funera grata,
Qua conuertaris, quò viuas, ipse venito.

Ante

Λόγος.

- Ante alios te **CHRISTVS** amat, te spernere nescit, **R.**
Hinc longumq; diuq; vale, vale, inquit **IESVS**.
Triste satis torrens, pallenti quercus Oliuæ, **M.**
Allia Magneti, mortalibus ira Draconis.
Dulce liquens cervis aqua, Cordi Margaritis agro: **R.**
Vnda cadens palmæ, mortalibus vnus **IESVS**.
Assumet vestram, quamuis Paris vnica, massam, **M.**
Effigies, **FRATRI** gratari pergite vestro.
Hoc **CORNV** facit ipse Parens, mirabile cornu: **R.**
Qui cornu petit hoc, veram petit ille salutem.
Hoc qui munus amat, sancto hoc qui munere gaudet, **M.**
Læta illum maneant, vitam feret ille beatam.
Hoc qui non amat, hunc amet Orci lurida porta, **R.**
Iungat & Harpyias fædas, scyllasq; bifformes.
Qui colitis Diuos, & **GNATI** nomina sancta, **M.**
Durate, ô socij, stygius cadit anguis in horto.
Credite in hoc **CHRISTO** vniuersis: quàm benè **R.**
CHRISTO
Creditor, ipsius Satan vnus numina mussat.
Quisquis es, inclusos è pectore reice dolores, **M.**
Hic Λόγος, haud alius duro te fasce leuabit.
Quisquis es, huc venias, pressant quem mille pericla. **R.**
Hoc duce te frustra pressabunt mille pericla.
Eheu quàm sanctus miserè est homo lapsus in horto, **M.**
Lapsus hic exitio est Eue, atq; nepotibus Eue:
Lapsus hic exitij causa est: at causa salutis **R.**
Est amor, hos homines **CHRISTVS** quo diligit
Agnus.

Dic

M. Dic quibus in flammis (iubet hoc Divinum atq; homi-
num Rex)

Hic CHRISTI in lapsos pateat dulcissimus ardor.

R. Dic quibus alitibus tanti vestigia amoris

Insua cernantur, finemq; hic hymnus habeto,

Δό. Nostrum erit, has inter lapsos componere lites.

Atq; Patrem: poenatus dignus, & hac, ac amaras

Non metues poenas, non experieris in ævum.

Huius signa rei vestes sunt (credito) omnia,

Quas tibi nunc trado. Tandem ne tangat Adamus.

Hos vetitos iterum fructus, mandamus, ut horto

Hoc pellatis eum, genij, cludatis & hortum

Claudite sacros nobis, iam claudite, salus.



ECLOGA TER-
tia.

IMMANVEL.

Etate 7. Ecce VIRGO concipiet, & pariet Filium,
& uocabitur nomen eius Immanuel. Butyrum & mel co-
medit, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.



ἸΠΡΟΘΕΣΙΣ.

Mittendum Gabriel dum nunciat Immanuelem,
Nunciat, es Virgo quod paritura DEVM.

ARGVMENT- tum.

Hæc Ecloga pertinet ad genus didascalicon. Commemorat enim, quod DEVS, promissionum suarum memor, Gabrielem Angelum, anno 3961. à prima promissione, & mense sexto, à conceptione Elisabethæ, ad Mariam Virginem misit, annunciatum, quòd in utero conceptura, & FILIVM DEI paritura sit.

LOCI SVNT.

- I. De conceptione CHRISTI in utero virginis Mariæ.
- II. De vnione duarum naturarum in CHRISTO.
- III. De persona & regno CHRISTI seu Messisæ.



Chri-

IMMANUEL.



CHRISTI ADES Musæ, mysteria sacra
canamus:

Non possum, quis quaeso potest, mysteria
tanta

Evolvere satis? IESU, mysteria tanta

Si canimus grati, tibi sint mysteria grata.

Aurea promissi venit iam carminis ætas,

Fœderis antiqui memor est & Conditor ævi:

Iam pax alma redit, redeunt cœlestia regna,

Iam venit ipse λόγος, cœlo mittendus ab alto.

Tu modo Praeconi supero, qui nuncia primus
Istati tibi memorat, mundo antè ignota, beatam
Teq̄, omnes inter mulieres prædicat unam,
Crede, Puella, tuæ non hic rationis acumen
Regnet, quin Patris hic cœlestis gratia regnet.

Tuq̄, aded antè aliàs, ait Angelus, una beata es,
Tu dilecta DEO, tibi gr̄atia contigit ista:
Concipies utero, sed non sine numine Divum,
Virgineo, & paries Natum, cui nomen IESU
Impones: Is magnus erit, summiq̄, Parentis
Dicetur soboles: hoc auspice secla redibunt
Pacis, & incipient procedere secula pacis.
Ille thronum Patris accipiet Davidis auitum,
Thariadæq̄ domum reget, æternumq̄, videbit
Imperium, imperij membrisq̄, videbitur ipse,
Atq̄, suos proprijs redimet virtutibus omnes.

D

AS

I M M A N V E L.

At hæc, nullius cum sis tibi conscia virgo
 Concubitus, castumq; probes in pectore casto,
 Erranti sine spurcicie, sine labe, pudorem,
 Miranda in pavidis tibi nuncia corde viden-
 tur?

Ipsi etiam sensus referunt diversa, puella
 Casta, tibi, ut metuant oracula credere tanta?
 Ipsos conuandas fidenti pectore sensus,
 Occidat & ratio, fallax sapientia mentis
 Occidat: HUMANANA nascetur non ratione,
 Crede mihi, quodcumq; tua nascetur ab alio.
 Tu decreta DEI potius, tu iussa Parentis
 Credere, & unde sit hæc discas cognoscere virtus.
 Ecce tuus sancto turgescet pondere venter,
 Teq; superueniet sancti spiraminis aura,
 Summi & obumbrabit patris tua viscera virtus.
 Inde etiam pignus, castis quod nixibus edes,
 Quod verè euertet stygiae vestigia fraudis,
 Quod calcare necem pedibus, quod sternere Ditis
 Limina, quod poterit caput effregisse Draconis,
 Sanctum erit, & sancta cælos ad transuehet Argo
 Delectas animas, proprio sibi sanguine lectas,
 Regnantisq; DEI dicetur regia proles.
 ELISABETHA etiam, cui iam felicior ætas
 Terga dedit, tacitoq; venit pede curua senecta,
 Quæq; tua est cognata, tulit (mirabile dictu)
 Sex menses uterum: sterilem quam publica fama
 Annos tot fecit: quod huic natura negauit,

Cessit

I M M A N V E L .

Cessit id ipse poli Rector: divina potestas
Omne potest mutare, potest D E V S O M N I A
S O L V S .

Sermones firmata fide, non virgo, ais, istos
Tem sacros pariar fido mihi pectore tolli,
Tartareos quoq, non tales mihi tolleret Anguis:
Ementia mei sed pectoris argumenta
Hoc Sacro verbi solamine vincere discam.
Ecce ministra D E I , quamvis indigna ministra,
Assum, cuncta, mihi quæ iam mandata tulisti,
Sic fiant: tali virgo est ubi voce locuta,
Sponte sua in tenues evanuit Angelus auras.

Talia secula, suis dixit, memorate, ministris,
Caelestes triplici torquet qui numine sedes.
Admirare igitur magnum (iam tempus) amorem,
Et magnum, ô C H R I S T O gens dedita, Sacramen-
tum:

Aspice caelesti rorantia sidera rore,
Terrasq, Pontumq, animasq, in fluctibus Orci,
Aspice, venturo surgant velut omnia C H R I S T O .
O hodie nobis redijt pars optima vite,
Spiritus umbrarum quam nobis abstulit olim:
O hodie tristem, meruit quam foemina, mortem
Femellæ semen mira virtute fugavit.
Non feritate pios vincet, Nec luridus Orcus,
Nec mors, his quamvis inferni exercitus asit,

IMMANUEL.

Morti vipereus Canis, Orco regia Coniunx:
Dis etiam CHRISTO sanctis si vindice certet,
Dis etiam CHRISTO dicat se vindice victum.
Incipe promissum tandem cognoscere CHRISTVM:
O homo, victori tua crimina terra cruentos
Languores, & longa ferent fastidia, CHRISTO.
Incipe, promissum qui non cognoscit IESVM,
Non pater hunc caelo, styge sed dignabitur atra.



ECLQ.

ECLOGA QVART-

ta.

PVER IESVS.

Iohan. 1. Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis: Et uidimus gloriam ipsius, gloriam uelut unigeniti à Patre: Plenum gratia & ueritate.



ἸΠΌΘΕΣΙΣ.

CHRISTE puer, nostram miro dum foedere massam
Assumis, cumulas nos quibus ecce bonis?

D 3

AR.

ARGVMENT- TVM.

*Hoc Idyllion partim didacticum est, partim
iōχαίσιμὸν. Docet enim quod hic puer IESVS sit
verus Deus, ac verus homo, licet fascijs inuolutus,
ac in praesepi positus, in summa paupertate natus sit.
Deinde hortatur omnes homines, ut hunc parvulum,
nobis natum, & hunc FILIVM, nobis datum, agna-
scant, & in aeternum celebrent.*

LOCI SVNT:

- I. De duabus naturis in Christo.
- II. De causis, propter quas Filium DEI hu-
manam naturam assumere oportu-
erit.
- III. De beneficijs seu effectibus natiuitatis
Christi.



FCr.

P V E R I E S V S.



Ormosa Titan bis sena per astra volutus
Lampade, nunc iterū festū solēne reducit,
Quò noua progenies, quò **FILIVS** ipse
Parentis

Aeterni, claro quondam demissus Olympo,
Induit humanos artus: Nam Conductor cui
Sic iusta lapsos homines ardebat in ira,
His ut sponte **SVV M NATV M**, autoremq;
salutis,

DELICIASQVE SVAS, aeterni in pignus amor
Donaret, maius nec, quod donaret, habebat. (vis
Tantum homines stygijs ne summergantur in undis,
Sed **CHRISTO** inserti, **CHRISTO** seruentur in
vno.

ITSE igitur, patriæ linquens fastigia sedis,
Mansuetus veniebat, & Orci limina solus
Frangens, deuinxit **TATRINOS** nexibus artus.
Ast hunc impia gens, tenebris summersa profundis,
Reppulit, & densas huic luci prætulit umbras.
O gens crudelis, nil talia muneris curas,
Nil his cœca mouere? mori num crimine maius?
Nunc etiam aligeri laudes, & gaudia captant
Cœtus: nunc puro volitantes æthere, puras
Mirandis resonare docent concentibus auras:
Insolitum & partum rerum natura stupefcit:
Bos ferus, Arcadicamq; pecus nunc poplite flexo
Ad præsepe **SVV M DOMINVM Mq;**, **DEV Mq;** fa-
Basia pastores miscent agrestia laui, (tentur.

P V E R I E S V S.

Prociūq; genu diuinum pignus adorant.
 Ipsa etiam genitrix venerabilis omnia verba
 Sensibus hæc imis fidenti corde reponit.
 Sic tibi, CH R I S T E, tibi, tua dum sacra festa celebrat
 Luce sub hac, resonat veras Ecclesia grates,
 Quod paruis paruis nostris de cœtibus addis,
 Carne & in hac nostra mirando fœdere gaudes
 Viuere: Sic miseris voluisti reddere vitam
 Rursus, & immanis superare sacraria Ditis.

V E R V S H O M O, V E R V S Q V E D E V S,
 sed paupere prorsus

More ades, hunc morem Gazis cœlestibus æquans.

Nonne fuit satius te maiestate verenda

Esse parem T A T R I sine meta? Nonne Draconem
 Vicisses, hominis quamuis non corpus, & ossa
 Indueres? Hominis quare D E V S induis artus?

O diuine T V E R, nimius te pectoris ardor

Erga homines vicit. Nam cum peccasset Adamus
 Primus homo, est ausus veritos dum tangere fructus
 Carpendo, insidijs Colubri deceptus atrocis:

Iusticiæ, pœnas homo quò persolueret, ordo

Exegit: Sed nullus homo, nullusue creatus

Spiritus immensam commoti Numinis iram

Sustinuisse humeris valuit, neq; spicula mortis

Vincere quis potuit, veram neq; reddere vitam.

Ergò D E O qui natus eras, qui numine Numen

Æquabas T A T R I S, æterno de lumine Lumen,

Cladem hominum tristem miseratus, nasceris, ossaq;

Ossibus ex nostris, corpus de corpore nostro

Assu.

P V E R I E S V S.

Assumendo, duas persona prèhendis in vna
 Naturas, sine fine omni, sine crimine & omni,
 Et mortem superans moriendo, Tartara DITIS
 Frangis & æternæ condonas præmia vitæ
 Omnibus, infracto tibi qui modò pectore fidunt.

At despectus ades mundo, nec querere mundus
 Pectore contendit, quis sis, quo sanguine cretus,
 Quam diues veræ pacis, quam gratiæ abundans
 Æternæ, quam diues opum, patrijque favoris.
 Non etenim excipiunt te celsa palatia Romæ,
 Non Phariæ turres: glacialis tempore brumæ
 Nasceris in stabulis: Tyria tibi sindone lecte
 Haud splendent: molles sed sunt fœmiliæ plumæ.
 Mille caterva tibi iuuenum non æstat in ipso
 Partu: Sic Reges veniunt, sic pignora Regum.
 Nasceris, vt cecinit, si quando oracla Tonantis
 Amides Vates IVDÆÆ sparsit in oris.

Nec frustra placuit nobiscum sordida rura,
 Atque casas habitare hominum, tibi parvule: nobis
 Sic verè ostendis, quod nulla potentia mundi,
 Nullus honos valeat te coràm, gloria nulla.
 O tantum, IESV, possim tibi munia grata,
 Et gratas offerre preces, & dicere grates;
 Hunc partumque tuam vitam celebrare per omnem:
 Mecum unà in terris infans tum vivere gestis,
 Quot me quot donis cumulas, quot honoribus auges?
 Tu patrios iterum nobis recludere cœlos
 Dignare, utque queas nobis placare Parentem,

P V E R . I E S V S .

Non te pœnituit rutilo descendere olympo,
 Ut sciremus & hoc, sic nos sic allieis omnes.
 Est mihi cunctarum rerum data summa potestas
 In cœlo, terraq; Parens dono dedit olim
 Quam mihi, dum dixit: Proles tu nostra, die isto
 Te genui, tibi gens omnis, tibi seruiet Orbis.
 Sic dixit genitor, Sathanas inuidit iniquus.
 Ad me, quos damnum, quos quæ mala cunq; fatigant,
 Approperate, omnes vera recreabo salute.
 Præterea hac mundi quod non est valle repertum
 Antè, D E V S verus nostros verè induis artus,
 Iustitiam, pacemq; ferens, & munera vitæ
 Omnibus, ista quibus sordent non munera vitæ.
 S A L V E sancte puer, cœlestis Imago Parentis,
 Salve, purus homo pura de Virgine natus.
 Victôr es inferni, necis haud conamina curas:
 Nec, tecum, stygius, certet si, vicerit anguis.
 Salve iterum, tibi verus honos, tibi gloria vera,
 Nostra quod hoc anno non est agitata tumultu
 Patria funesto, tutosq; E C C L E S I A nidos
 Quod tenuit, passim quam cinxit barbarus hostis.
 O T V E R, hoc etiam quem nunc venouamus, in anno
 Te nostri tangat pia cura, Draconis & atrî
 Scruiani à nostris clemens præsepibus arce.
 Eheu quid miseris intentant astra? quid Ausler?
 Quid terræ motus? quid môstra? quid, æquora Ponti?
 Quid fremis ab Dæmon? insultas tu quoq; nobis?
 Eumenidasq; D E A S, quarum tu Conditor, ipse
Insti.

PVER IESVS.

*Instigas, ut subuertant antè omnia sanctos?
 Nos quoq; præcipites pœnas, plagasq; meremur,
 Plurima turba malos sequitur, malus ipse cupitum,
 Umbrarum Regem sequitur lasciuia Cupido,
 Paucite, TVER, exemplis hic flectitur orbis.
 Tu sis Immanuel noster, tu numine sancto
 Nos rege, possimus meliori assuescere vitæ,
 Atq; bonis olim tecum cœlestibus uti.
 Et Cereris quamuis Gener antèas duplicat iras,
 Te tamen urat amor nostri, modus assit amori
 Nullus, CHRISTE, tuo: quin cum sonat vnda pro-
 cellis
 Nauis & immergi iam flumine nostra putatur,
 Ne dormire velis, potius sed robore firmo
 Fluctibus in medijs nutantem dirige nauem.
 Sic illos inter laudes & carmina digna
 Inuenies, tuus hic quos non fastidiet Ortus.*



ECLO.

ECLOGA QVIN.

ta.

PRÆSEPE CHRIS

STI.

Lucæ 2. Accidit autem, cum essent ibi, completi sunt dies pariendi: Et peperit filium suum primogenitum, ac fasciis eum inuoluit, reclinavitq; eum in præsepi, quod non esset eis locus in diuersorio.



Ἰπόδειξ.

*Nascitur in stabulis naturæ Conditor : Orbi
Mox chorus angelicus gaudia magna canit.*

ARGV.

ARGVMENT- tum.

Didactici generis est. Historiam enim & effectus incarnationis Messiae luculenter describit: & ex vaticinijs Prophetarum, & Luca Euangelista demonstrat, quis hic paruulus sit, quo tempore, quo in loco, ex qua tribu, quo modo, item cur & natus sit, & nasci debuerit.

LOCI SVNT.

- I. De incarnatione IESV CHRISTI, Immanuelis nostri.
- II. De effectibus huius incarnationis.
- III. De applicatione, quomodo hic paruulus à nobis singulis excipi debeat.



IN.

INTERLOCUTORES.

Melibeus, Gabriel, Raphael.

M.

Anus forte bifrons, anni labentis origo,
Terrigenū dextra curtas pulsauerat ædes,
Hircq; et induerat canis vaga rura pruinis:
Bethlemia quando Corydon & Thyrsis in
Excubias omniū sub tempora noctis agebant, (oris
Et Gabriel sanctus citò cum Raphaële volucris,
Æthere demissi, nubes, aurasq; secabant,
Astabant suprâ capui & pastoribus ipsis.
A Zephyro Gabriel, Raphaël veniebat ab ortu,
Ambo coruscantes, fulgentes vestibus ambo
Albis: tam laudes summo cantare Parenti,
Gaudia quam populis cunctis noua ferre parati.
Hic me, dum noctu subeo sacra limina templi,
Semita nota satis deceperat, atq; ego Thyrsim
Proximus aspicio, nec non Corydona, bubulcos.
Illi ubi me contrâ cernunt, hæc ocyus addunt.
Huc ades, ò Melibæe, viam monstrabimus vltro,
Et si quid cessare potes, vel si vlla nouarum
Cura ubi verum, fago requiesce sub ista,
Hic ubi sub dio prunas congesimus ambo.
Non glacialis hyems, te frigora nulla morentur:
Ipsius huc veniunt cantatum pura Tonantis
Agmina, spirituum turbaq; per astra volantes,
Assunt, eaq; polo resonant præconia Diuūm.

Quid

P R A E S E P E C H R I S T I.

Quid facerem? non dicta via me cura tenebat,
Religione prior, tantus praecordia nostra
Coelicolum voces captandi inuaserat ardor.
Et Gabriel nobis noua cum Raphaële sonabat
Facta, prius nostris non exaudita Colonis.
Sic ego posthabui nostri solennis caetus
Festa, (ubi templa Deum multa sub nocte petentes
Sacris meritos aris maclamus honores)
Illorum cantu, quo tum mea viscera rexit
Spiritus iste, nihil percepi dulcius vnquam.
Vocibus alternis igitur noua gaudia Diuum
Ceperunt gelidas sic ore sonare per auras.

Ponite corde metum, tristes depellite curas,
PASTORES: caelo quia non sum missus, ut
ullo

G.

Pectora vestra metu terrerem: nuncia vobis
Laeta sed apporto, populum spargenda per omnem.

Plaudite, noster amor, mortales plaudite: carmen
Quale Patri Diuum placuit fero: carmen ab ipsis
Patribus optatum: si non gaudebitis omnes,

R.

Hic in aquis stygijs aeternum haerebitis omnes.

En noua progenies, soboles en regia caeli

G.

Hac sub nocte polo tandem demittitur alto:

Hac nocte implentur diuina Oracula Vatum,

Qui praedixere hac olim voluentibus annis.

Tartareum caput hic tibi conteret, o Draco paruum,

R.

Ipsius frustra quid tentas laedere calcem?

Si proprium hoc fuerit PARVI, de sedibus Orci

Tur-

P R A E S E P E C H R I S T I .

Turbatus stabis, vinculus post limina stabis.

G. P A R V V L A B E T H L A, Deo prisca tu maior
Ioppe,

Dulcior Hiercho, Solyma preciosior ipsa.

Prima foues C H R I S T V M mundi ad praesepia Tau-

R. Si qua salutis habet te cura, hunc grata foueto. (vi,
E N V I N D E X, Dauide satus, tibi amarior herbis

O Draco, Sardois, Aconito tristior omni,

S E D E super T A T R I A aeternos regnabit in annos:

Ite procul stygij, C H R I S T V S regit, ite Tyranni.

G. Diuinae L E G E S, I V D A E aq̄ aurea scepra,

Et qui voce regis Solymae venerabile templum,

Num caditis? certe cecidistis, iam venit ipse

S I L O H, iam floret tam laeto pignore I V D A.

R. Pastores, T V E R O ferte oscula dulcia nato,

Inuidia seuo rumpantur ut ilia Diti.

Oscula ferte, D V C E M studio vno querite vestrum,

Querite, ne gentes lateat puer iste futuras.

G. Reddidit hunc partu miro Davidis in urbe

Virgo, iacent tenuis qua regia moenia Bethles.

Hunc ore vnanimi, C H R I S T V M, Regemq̄ facemur,

Namq̄ feret vobis amissae dona salutis.

R. His magis atq̄ fidem possitis, ut addere verbis

Talis signa damus: mox offendetis euntes

Infantem, rigido dura ad praesepia sceno

Impositum, ventri condunt ubi pabula Tauri.

G. Basia pastorum te nunc agrestia, I E S V,

Expectare sat est: vasti tibi gloria mundi

Non placet: ecce iaces T V E R in praesepibus: at te

Nil

P R A E S E P E C H R I S T I .

Nil minus haec tellus, atq; haec arbusta tremiscunt.

Vos igitur blandos cunabula fundite flores,

R.

Vos iuvenes, pulsate Chelym, pulsate puellae

Plectra, nouum caeli tollentes carmine Regem:

Hec etiam nascente statim gens ferrea cedet.

Non ritum regum subit atria celsa potentum,

G.

Strata nec ipsius Tyria sunt sindone culta:

Sordida succedit stabuli penetratis parui,

Lincolis gaudens rigidis, & gramine spreto.

Nascitur in stabulis, habet & praesepia cunas,

R.

Et DVVS in vestra gaudet nunc viuere carne,

Turpia ut abstergat natura crimina vestra,

Aeternae vobis condonans praemia vitae.

His bonitas, hic vera salus, hic gratia larga

G.

Semper, & aeterni Genitoris amica voluntas:

Nunc tantum veteris curetis tela Draconis,

Excelsi quantum torrentia fulmina montes.

Stant Lethae vnda, & nigra palus extinctae,

R.

Strata iacet passim Cocyti tristis arundo:

Omnia letantur: verum si parvus IESVS

His regnis absit, videas tristissima regna.

Quin nisi de caelo lux haec demissa fuisset,

G.

Nemo non stygij subiisset tella Colubri,

Istius aduentu DVVIS aet polus ipse patebit,

Et larga aeterna descendet gratia pace.

AGNVS praeda lupo dulcis, Curruca Cuculo,

R.

Lapsus homo Diti, manes sua gaudia Letho.

CHRISTVS amat lapsos, illos dum Christus amabit,

E

Nec

P R A E S E P E C H R I S T I .

- G.** *Nec lapsos rapiet Dis, nec sua gaudia Leibum,
Margaris in gemmis pulcerrima, Phœbus in astris,
Cedrus in arboribus, Muræna in piscibus undæ.
Sæpius hunc puerum fido si corde reuisas,
Margaris in hominis cedit tibi, Phœbus in astris.*
- R.** *Surgite, festino conscendite mœnia cursu
Bethles, visuri tulimus quæ nuncia vobis.
Vestra salus agitur, damnum quodcunq; ferendum
Huic erit, ob vestram iam perfert sponte salutem.*
- G.** *Ergò huic cantantes animo noua iubila Regi
Dicite: Laus Domino, triplici qui numine complet
Sidera, per terras vigeant sacra munera pacis,
In mundo sit vera quies, sit prompta voluntas,*
- Me.** *Hæc memini aligeros (memini si vera) ministros
Aera per medium media-contendere nocte.
Ex hoc vera D E I soboles est tempore nobis.*



E C L O .

ECLOGA SEX-

ta.

VITA CHRIS-

TI.

Ioh. 20. Multa quidem & alia signa fecit IESVS in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quod IESVS est CHRISTVS ille Filius DEI, & ut credentes vitam habeatis per nomen eius.



ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Qui CHRISTVM negat esse Deum, facta in chlyta
spectet

Ipsius, & Christum sentiet esse DEVM.

E 2

ARGV.

ARGVMENT- VM.

Hec Ecloga pertinet ad genus demonstrativum. Habet enim breuem & succinctam narrationem vite CHRISTI, hoc est doctrine eius, ac miraculorum, quibus doctrinam confirmavit. Quid autem CHRISTVS de singulis articulis fidei, & ubi docuerit, ex sequenti tabella patet.

De efficacia verbi diuini: Matth. 13. Mar. 4.
Luc. 8.

De tribus personis diuinitatis: Matth. 28.
Marc. 16. Iohan. 14. 15.

De Patre & Filio, Iohan. 3. 5. 7. 8. 12. 14.

De sua persona, Ioh. 8. 10. 10. 12. 14.

De regno suo: Matth. 20. 22. Marci 10.
Lucæ 13. Matth. 26. Ioh. 18.

De Sacerdotio suo: Iohan. 10. 17.

De passione ac resurrectione sua: Matth. 16.
17. 20. 26. Marc. 8. 9. 10. Lucæ 17.
18. Iohan. 13. &c.

De ascensione sua: Ioh. 20.

De Spiritu sancto: Matth. 28. Marc. 16.
Iohan. 14. 15. 16. 17.

De creatione, & prouidentia DEI: Matth. 6.
Luc. 12.

De

TABELLA.

- De peccato: Matth. 4. Luc. 13. Ioh. 3. 8.
 De viribus humanis, seu de libero arbitrio:
 Matth. 3. 10. Ioh. 3. 6. 8. 15. Luc. 1.
 11. 15.
 De lege DEI: Matth. 5. 6. 7. 11. Iohan. 7.
 Lucæ 6.
 De discrimine Legis & Euangelij, Iohan. 5.
 De iustificatione hominis coram DEO:
 Matth. 9. 11. 18. 20. Marci 9. 16. Lucæ
 9. 14. Iohan. 3. 4. 5. 6. 10. 11. 12.
 13. 14. 15. 16. 17. 20.
 De bonis operibus: Matth. 5. 6. 7. 18. 22.
 Lucæ 6. 12. 14. 16-22. Iohan 2. 13.
 De Ecclesia: de cruce & calamitatibus eius-
 dem: Matth. 7. 8. 10. 13. 14. 18. 20.
 21. 24. Iohan 10. 14. 15. 16.
 De Baptismo: Matth. 28. Marci 16. Ioh-
 han. 3.
 De Coena Domini: Matth. 26. Marci 14.
 Lucæ 22.
 De poenitentia: Matth. 9. 4. 18. Marci 1.
 Lucæ 13.
 De prædestinatione seu electione: Matth.
 20. 22.
 De resurrectione mortuorum: Matth. 23.
 Iohan. 6.
 De immortalitate animæ: Matth. 10. Lu-
 cæ 16.



TABELLA.

De extremo iudicio, & vita æterna: Matth.
24. 25. Lucæ 21. Iohan. 5

De inuocatione: Matth. 6. Lucæ 11. 16.
18. Iohan. 16.

De Magistratu: Matth. 22.

De scandalo: Matth. 18. Lucæ 17.

De Coniugio: Matth. 16. 5. Lucæ 18.

De traditionibus humanis: Matth. 16.

Item 7.



PRI

VITA CHRISTI.



Rima Redēptoris digneris pāgere versu
Nomina, prima genis ipsius & oscula fi-
gas,

Nostra, nec hunc pigeat solum celebrare,
Thalia.

Cūm canerem tadas & funera, Cynthius aurem
Vellendo admonuit: credentem nomina CHRISTI
Psallere oportet, opes & mente evolvere tantas.
Nunc ego, (nam thalamos digno qui carmine cantēs
Semper erunt, semper qui tristia funera,) vita,
CHRISTE, tuæ tenui meditabor arundine cursum.
Non mihi materiam, miseris his viribus æquam,
Sumo, canoq̄: mihi si tu tamen, ô mihi, si tu
Spiritus alme, tuas dederis in carmina vires,
Captus amore TVI, mox grato pectore CHRISTVM,
Eius & acta canam: PATRI nec gratior ulla est
Pagina, quam CHRISTI redolet, quæ nobile nomē.

Pergite Christiades: Taurusq̄, & Asellus in atro
Infantem IESVM fœno videre iacentem,
Ornatum caput ætherco, ceu semper, honore.
Agmina cœlituum mox gaudia magna canebant,
Et gregis hæc visum custos veniebat ouilis.
Inde TVER Samio circum genitalia cultro,
Luce sub octava, prisco de more putatur.
Sistitur inde Dijs, Dijs acceptissimus inde
Hunc SIMEON vlnis fouet in templo specioso.
Prædicatq̄ tibi casus, ô Virgo, futuros:
Aggressi Reges, (nam stella, nouum iubar, ipsos.

Natiuitas
Christi
Lucæ 2.

Circumci-
sio

Oblatio
Christi in
templo.

Magi ex Ori-
ente.
Matth. 2

E 4

Accie-

VITA CHRISTI.

*Accierat) pueros faciunt ex ordine dona,
Aurum, thus, myrrhamq; apportant, mystica dona.
Fuga in Aegyptum, Regis Idumaei furis hinc pulsus, & ira,
Finibus è patrijs, fato Memphitica venit
Littora: fato iterum cum matre reducitur infans,
Reditus. In patriamq; redit, sublato caelitus hoste.
Christus an- norum 12. Iamq; ubi bis senos felix transegerat annos,
docet in templo. Lucae 12.*

I. ITER Christi versus Hierosolymam.

*Ascendit Solyman cara cum matre, Deorum
Sacra peracturus: mox dogmata sacra professis
Addit se socium, tumidos & vincit IESVS:
IESVS doctorum doctissimus unus, & horum
Diuinis mentem monitis, & peccata tangit.*

*Baptismus. Hinc membra ipsius sanctissima perluit amne
Christi, Abiades sacro: cernuntur hiantia regna,
Matth. 3. VOX PATRIS è caelo sonat: est meus unicus iste
" FILLIUS, unus amor, vis una, atq; una voluptas:
" HUNC audite omnes: simul in specieq; Columbae
" Ad caput ipsius spirabile numen Olympi*

*Tentatio Christi. Culmine descendit. Post in loca denia CHRISTVS
Matth. 4. Numine delatus, stygio tentatur ab hoste.
Ille dolum ridens, quid me quid decipis inquit?
" Pene homo non solum vivit, VIRTUTE potentis
" Verbi vivit homo: Dominum tentare quid ausim?
Cede Sathan, discede, sat est voluisse nocere.
Numina, quae veneror, tu spernis, numina nobis.
Numina, quae spernis, sunt numina, numina sancto.*

Hinc

VITA CHRISTI.

Hinc mundus sibi commissum simul incipit ipse.
Tum verò in numerum claudosq̄, agrosq̄, videres
Ludere, tum cecos iactare ad lumina vultum:

Initiū præ-
dicationis
Christi.

Nec tantum gaudet MOSI Sionia rupes,
Nec tantum tribus Helian miratur IVDÆA.

Nanq̄ docebat, uti magnum per crimen Adami
Natura humani generis corrupta fuisset

Doctrina
Christi.

Tota, & imago DEI simul his detracta, Draconis
Vnius instinctu: velut his exordia primis
Nostra, & vis animæ citò degenerauerit cranis.

Tum GENITOR dānare homines, & trahere morti
Ceperit, & de illis paulatim sumere pœnas.

Iamq̄, nouam stupeant mundo illucescere LVCEM,
Cœlitus exhibitam, quæ nos illuminet omnes,
Nos & ad astra vebat, summotis sedibus Orci.

Incipiant homines tum deorum viuere, tumq̄,
Labem agnoscentes, & sacro flumine loti,
Dulcia cœlestis fiam habitacula flatus.

Hinc colles MISSI stratos, vallesq̄, reductas
Agnoscunt, planasq̄, vias, vocemq̄, IOANNIS.

Testimoni-
um Iohan-
nis de Chri-
sto.

Vt CHRISTVM, Iordanis in alto flumine tinctum,
Clamabat, Scelus en mundi, qui sustinet agnus:

Ioh. 1.

Vt CHRISTVMq̄, agnumq̄, DEI nemus omne sona-
bat.

Matth. 3.

Deligit hinc socios CHRISTVS sibi, nempe Phi-
lippum,

Andream, & Petrum fratres, & Nathanaëlem. Iohan. 1.

Et perturbatum, quod ei non vna fuissent

VITA CHRISTI.

Reliqua, diuino solatur munere sponsum.

II. ITER Christi versus Hierosolymam.

Pascha primum ab initio prædicationis Christi.

- Iohan. 2. Tum primum Solymæ sacrum Paschale celebrat,
Eiicit & templo videntes non sine magno
- Iohan. 3. Numine: tum PATRIS cœlestia ad æthera verum
Monstrat iter, Nicodeme, tibi: cum discipulisq;
Baptizaturus IV D. E. E. accedit ad oras.
- Ioh. 4. Et fortunatam Sicharæ in mœnibus altis
Femellam ætherei dignatur nectare fontis.
- Luc. 4. Mox Patriæ, inuisus licet omnibus, erudit arua,
Exitiumq; sibi conantes integer exit.
- Iohan. 4. Et Satrapæ verbo moribundum seruat alumnus.
- Matth. 4. Mœnia post, clauso vinculis IOANNE, Capernæ
Tutius excipiunt ipsum. Tunc cepit IESVS
- Matth. 4. Hortari populos: TANDEM desuescere prauo
Mar. 1. "Discite, Euangelio quin credere discite: regna
"Cœlorum impendent, LVX imminet exoptata.
- Matth. 4. Cum socijs vocat inde PETRUM, Bessaide cretos.
Et fines, Galilæa, tuos, vrbesq; peragrans,
Spargit Euangelij latissima semina, opemq;
Fert miseris, varios passis in corpore morbos:
Hos leuat, hosq; domum, validosq; alacresq; remittit.
Vnde hominum incedit magna stipante caterua.
Qualis in Eoo Oceano, vel per iuga Cynthi
Exerit ora rubens Titan, quem Sidera mille

Hinc

VITA CHRISTI.

Hinc atq; hinc glomerantur: is aurea dona diei
 Fert humero, gradiensq; oras supereminet omnes,
 Et vitæ cunctis imperit munera rebus.
 Talis eras, talem populos te, CHRISTE, ferebas
 Per medios, instans operi, iussisq; paternis.
 Tum collem ascendens, inter media agmina plebis, Mat. 5: 6.7.
 Discipulis septus, super alta rupe resedit.
 IVRA PATRIS, legesq; vivis exponit, & illas
 Iudicijs æquat iustis: falsosq; Prophetas,
 Corda lupina ovium lanis & veste tegentes,
 Nosse iubet, vitare iubet ceu virus amarum.
 Inde manu extensa leprosum sanat, & ægrum
 Induperatoris seruum: docet inde potenter Matth. 8.
 Rursus in urbe sua: sacrumq; Simonis, acerba Lucæ 4.
 Febre laborantem, verbo citò liberat uno.
 Mox cymbam insiliens, turbas ad stagna salutis, Matth. 8.
 Iustitiæq; viam docet: hinc quoq; Dæmonas atros Marci 1.
 Ejcit innumeros, lethalia pondera porcis. Lucæ 5.
 Postea leprosum curat, membrisq; solutum: Matth. 8.
 Matthæumq; vocat, lepro natamq; LAIRI Marci 1.
 Excitat, attactuq; suo (mirabile dictu) Lucæ 5.
 Sanguinis à fluxu te, ô muliercula, mundat, Matth. 9.
 Lucis & ut DOMINVS cæcis dat munera lucis. "

Posthæc Isacidium rursus lux festa propinquat.

III. ITER Christi versus Hierosolimam.

Pascha secundum ab initio prædicationis Christi.

Ascendit Solymam CHRISTVS, morboq; leuatum Ioan. 5.
 Ferre

VITA CHRISTI,

- Lucæ 6. Ferre iubet lectum sacra sub luce, summq;
 Vt S A N C T V M defendit opus: manus arida C H R I -
 S T O
- Matth. 12. Hinc Duce curatur: spicas probat inde reuulsas,
 Matth. 10. Inq; plagas mundi bis senos mittit amicos,
 Marc. 3. Hosq; docet, qui nam qui sint super orbe beati,
 Lucæ 7. Quine D E O placeant cultus: mox Centurionis
 Matth. 20. Seruum seruat, & è Necis atra fauce reuellit
 Matth. 11. Vnigenum viduæ natum: quis, & unde sit Autor
 Lucæ 7. Hinc Zachariades rogitat: mox corda superba
 Matth. 23. Pontificum taxat tumidorum, vrbesq; superbas.
 Et Patri grates A B I E C T O T R O G R E G E sol-
 uit,
- Lucæ 7. Hosq; ad se properare iubet: Conuiuia Simonisq;
 Lucæ 8. Vnguento misera perfunditur: inde peragrans
 Oppida, foemineos cœtus docet ore diserto.
- Matth. 12. Inde D E I digito propellit Demona mutum,
 Mar. 3. Se nec agi furijs firmis probat argumentis.
- Mat. 13. Mar. 4. Lucæ 8. Matth. 5. Hinc semen, gemmam, thesaurum, rete, Sinapi,
 Fermentumq; D E I verbum vocat: hinc maris
 vnda
- Lucæ 8. Paret ei, ventiq; S A T H A R quin paret, & eius
 Concessu sine nil porcis nocet: inde perempto
 Bapista, loca sola petit, sed non loca natas
 Matth. 14. Marc. 6. Ioh. 6. Ad sola, à multis petitur: citò millia quinq;
 Quinq; cibis libis, geminis & piscibus: vndas
 Et pedibus premit, & panem notat æthere missum,
 Vescentemq; illo pronunciat æthere dignum.

IIII. Iter

VITA CHRISTI.

IIII. ITER Christi versus Hierosolymam.

Pascha tertium ab initio prædicationis Christi.

Festum Pascha aderat, maiorum ubi tradita Iohan. 6

CHRISTVS,

Cor ipsum poscens, Phariseorum in grege damnat. Math. 15
 Tum mulier Cananea, quod expevit, accipit ultro. Marci 7. 8
 Tum mutum facit ipse loqui: tum pambus explet
 Septem mille quater comitantum: signa videre Math. 16
 Impia turba cupit: signum sed præter Ionæ
 Non aliud datur: hinc socios tua, Hypocrita, tetra
 Fermenta euitare iubet: simul audit IONÆ Marci 8
 Progeniti vocem: TV CHRISTVS es, unica veri, Luca 9
 Viuentisq; DEI soboles: sua flagra, crucemq; Math. 16
 Deinde refert: montisq; in vertice sole nitente Math. 17
 Clarior apparet: Vates duo protinus assunt, Marci 9
 Atq; trabunt dulci lucem sermone: repente, Luc 22
 HIC PLACET, è cælo vox proruit: inde parentis Marci 9
 Filius, in flammis quem proieciebat, et undas,
 Spiritus immundus, valet: inuenit inde statera Math. 17
 Piscis in ore PETRVS, Regi quo debita soluit.
 Discipulos etiam fastum vult exuere omnes. Math. 18.
 Cumq; DEVS nobis condonet debita magna,
 Nos quoq; parua iubet dimittere nomina fratri:

V. ITER Christi versus Hierosolymam.

Deinde Palestinas Saluator migrat in oras, Math. 19
Post fratresq; suos venit ad solennia sacra, Marci 10.

Et Ioh 7.

VITA CHRISTI.

Et docet, esse PATRIS SVA DOGMATA
 quim in aperto

Ioh. 8 Hæc docet, ad sese sitientesq; allicit omnes,
 Ceu ad aquæ viuæ fontem: machæq; remittit,
 Labis & expertem sese, Abramoq; priorem,
 Ioh. 9 Maioremq; probat: lapides crudelis Apella
 Corripit in cassum: mox cæcus eo Duce, Solis
 Ioh. 10 Lumina qui nunquam conspexerat, aurea cernit
 Lumina. Post turba memorat, quod ianua vera
 Ad superas arces sit solus, & erret, ad astra
 Se sine qui tentet conscendere: quod bonus ipse
 Sic PASTOR, qui saluet oues, redimatq; sacra
 Morte: quod eius oues se solum aduertere certent.
 Sic ait, inde abiens, cito transit Iordanis vndas.

VI. Ac postremum iter Christi ver-
 sus Hierosolymam.

Lucæ 9 Et iam tempus erat, cum CHRISTVS ad æthe-
 ra Patris

Lucæ 9 Tenderet, in terris & nunc data tempora vitæ
 Impleffet: faciem tandem confirmat, & urbem
 Ardet adire sacram: se mittit & ante ministros,
 Agmina spreta viris, nemesis taxatq; IACOBI
 Iohannisq; nimis calidam, nimis & vehementem.

Lucæ 10 Hinc septem denos ablegat in oppida, iussis
 Instructos placidis: monstrat quaq; lege tumentis
 Humani generis lethalia vulnera, solus

Luc. 11, Quæ leuet ipse, hominum verus Samarita: adit inde,
 Mar-

VITA CHRISTI

Martha, tuas ædes: docet atq; rogare Parentem
 Discipulos, mutumq; arcet Cacodæmonia, dirasq;
 Urbibus ingratis geminat, tumidisq; Sophistis.
 Inde DEVM, non qui possunt occidere corpus,
 Corde timere iubet, constantiq; ore fateri.
 Taxat auaritiã deinceps, & fidere Patri,
 Quærere & ipsius regnum docet: Vtq; fideles
 Præcones verbi existant, hortatur amicos.
 Post turri oppressos referunt: citò femina curua
 Impositis CHRISTI manibus releuatur, in altis
 Quodq; cadant Solymis queritur sancta agmina vati.
 Inde die sacra, sanans intercutis ægrum,
 Erudit inflatos conuiuas: gaudia cœliq;
 Assimilat Cœnæ magnæ: quis possit & eius
 Discipulus dici pronunciat: hinc venit ipsi,
 LAZARE, te iam iam moriturum, nuncia fama,
 Inq; loco biduum manet vno. Postea lapsos
 Mortales memorat se quærere, quærunt ut ægram
 Pastor ouem: mox quisq; opibus, rebusq; caducis
 Aeternas sibi aspicitias paret, utq; superbas
 Pauperis antè fores opibusq; & honoribus aucti
 Sint memores, vitent & scandala, præcipit ore.
 Hinc lepra bis quinq; leuat: Dominumq; rogemus
 Semper, in iniusto deposcit iudice: binos
 Tempora reuisentes mox addit, & an sacra lecti
 Vlli hominum liceat diuellere fœdera, monstrat:
 Allicit & pueros ad se, benedicit & illis,
 Difficilesq; aditus affirmat ad astra potentum,

Lucæ 12
 Matth. 6

Lucæ 13
 Matth. 15

Lucæ 14

X. dies
 Matth.
 Ioh. 11

Lucæ 15

Lucæ 16

Lucæ 17.

Lucæ 18

Matth. 15

Lucæ 18

Et

VITA CHRISTI.

- XIII. dies
 Matth. 23.
 Ioh. 11.
 Matth. 20.
 Et sua fata iterum repetit, cæcoq; medetur.
 LAZARUS hinc meritur, Solyman conscendit
 IESVS,
 Vineæq; assimilat sua regna: suamq; sinistram
 In regno, & dextram affectantes corripit: inde
 Zachæi excipitur tecto: cætosq; videre
 Tres facit. Emensus tendens comitante caterua
 Ingenti illud iter, Bethanes mœnibus instat,
 Atq; ibi Bethania Regem, quem lumine quarto
 Viderat extinctum Titan, ad munera vitæ
 Verba vno reuocat: redit in deserta deinde.
 Ante dies autem Pasche sex tendit in urbem
 Bethanes rursus, rursus ô conuiuia futurus
 Lazare: Mox nudas Maria ipsius unguine plantas
 Fragranti humectat: vili de hinc veftus asello
 Ingreditur Solyman, plebs letum Hosianna celebrat:
 Urbemq; aspiciens, eius flet funera, templo
 A sacroq; obigit vendentes, inquit & illis:
 Quæ turba infelix, quæ te dementia cepit?
 Sic ne repleas nostras falsis erroribus ædes?
 Est domus ista precum domus, at fecistis eandem
 Lernum latronum. Cupiunt cognoscere CHRISTVM
 Argolici: è cælo citò vox ruit, ipsius atq;
 Confirmat mentem. Bethanes exit in urbem
 Vespere: tum quando surgens aurora relinquit
 Oceanum, sicum sterilem execratur: ementes
 Deturbatq; sacro rursus: mox numine cuius,
 Hæc faciat, quarunt: Heredem, ruricolasq;

Inde

VITA CHRISTI.

Inde refert: Regisq; sacrum sociale, DEIQ;
 Regisq; cultus veros: vitæq; futuræ
 Angelicam sortem: convincit deinde Sophistas,
 Filius & Dominus: quod sit Davidis, & illos a
 Acriter incusat: socij ligna arida ficus
 Agnoscunt: prædicat & hæc immania templa,
 Mœnia & hæc eversa repente datura ruinam.
 Funera prædicat mundi, extremiq; diei
 Signa: Simul monet incautos, laudatq; puellas
 Prudentes, quarum lucent funalia, cælo
 Et dignatur oves, undis Achærontis & hircos.
 Sic CHRISTVS, soboles ac vna Parentis ima,
 Inssa renarrabat Patris, populumq; docebat: (go,
 Conticuit tandem, factoque hic sine, ministris,
 Scitis, ait, quod post biduum sit Pascha, Hominisq;
 FILIVS Abramidum furij tradetur iniquis.
 Tunc trepidi rerum, læsq; docentis honore
 Vulnus alunt venis proceres, vi Dæmonis acli
 Cenciliumq; vocant, in mortem ipsius ad unum
 Jurantes. Ipse interea Convivia Simonis
 Leprosi, unguento Nardiq; perunctus, IVDÆ
 Verba molesta capit: tibi quim devotus Judas,
 Dire Satban, odijs extemplo indulget acerbis,
 Immeritūq; hosti dubitat non prodere CHRISTVM.

Matth. 22

a Matth. 23
 XXII. d. M.

Marci 11.

Matth. 24

Matth. 25.

Lucæ 21.

Parascue
 passionis
 Christi,
 Matth. 26
 Marci 14.

XXIII. M.

Matth. 26

Marci 14.

Lucæ 22

Matth. 26

Lucæ 22

Horæ 6. 7. 8.

8. noctis

XXIII. d.

Dies Iouis

Matth. 26

Marci 14.

I. Vigilia noctis.

Azyma sacra coli debent, colit illa Redemptor,
 Atq; SVAM COENAM diuinos sancit honores:

F

Abluit

Marci 14.

VITA CHRISTI.

IOH. 13. Abluit atq; pedes servorum servus, & ipsos
Præcipit esse humiles, digitoq; suum indicat ipse
Insidiatorem: mentes comitumq; reprehendit
LUC. 22. ELIAS, LEGEM QVÆ NOVAM proponit ijs-
IOH. 15. dem.

Conciones Christi. AT non tam dulces caris cum fratribus usus.
Iohan. 14. Accubitus unquam, licet hoc arsisset, eorum
15. 16. Et sæpè in magnis quæsisset commoda rebus.
Grex mihi care, (inquit) tu nunc in vallibus erras

Summa illorum cap. Mundi, ego sub cuius latuisti numine tutus,
Sæpè latus miserum nostra fultus ope dulci,
Nocte sub hac nigra vinculis tandem occupor hostis.
Pro magnòq; lubens morior grege: pellite fratres,
Electi fratres, animo depellit e curas:

I. Ad PATREM VADO rediturus: gaudia vo-
bis

II. Vera paraturus vada, cœlestia regna.
Quod si fortè ferent oculis sese obvia vestris
Infinita crucis fastidia, forsitan aut vos
Perducent captos fauces ad Carceris iuas:

III. Spiritus, effundam quem vos super, ipse Patronus
Vestrae aderit causæ, vos & solabitur ipse,

IIII. Immo preces genitor vestras exaudiet ipse.
Ioh. 17. Tum se glorificet PATER, & conseruet amicos,
Morte sibi lectos, votis ardentibus orat.

Hora 9, noctis

II. Vigilia noctis.

I. ACTVS PASSIO-
nis Christi.

TUM

VITA CHRISTI.

Tum PATRI, infenso mirata mala puella,
Fit supplex, guttas atriq; cruoris in horto
Sudat, adest genius: capitur dante oscula Iuda,
Ferro vana cernit, Comitum citò diffugit agmen.

Matth. 26
Lucæ 22
Ho. 10. H. 11
Ioh. 18.

III. Vigilia noctis.

Hora 12.
Hora 10.

II. ACTVS.

Tum Caiphæq; Hannæq; manus ad terga reuim-
ctus,

Ioh. 18.

Sistitur: *et* SESE DIO CIRCVDAT HO-
NORE

Matth. 26.

NUMINIS, atq; POLO sibi sedes erigit almas.

Ipsè furit præsul, manus illi tempora circum

Crebra volat: placidè sese aspicit inde negantem:

Lucæ 22.

Conspuitur: Satrapæ captoq; illudere certant.

IIII. Vigilia noctis.

Ho. 2.3.4.5.

III. ACTVS.

Tum trahit illusum Pilati ad limina CHRIS-
TV M

Hora: 6.
Matth. 27
XXV. d. M.

Tota cohors: furiosa cohors concordibus ipsum

Hora 7

Accusat studijs: sceleris conuincier ipse

Dies Venet.

Sed nequit vltius: mox tela immanis IVDÆ

Marci 15

Tincta cruore madent: Herodi mittitur inde

Lucæ 23

Vinctus, auct CHRISTVM præses dimittere plebi

Matt. 27

Insontem: totus furit at clamoribus æther,

Hora 8

Da morti vinctum, Ponti: tolle, eripe vinctum.

Lucæ 23

Ioh. 18

F 2

Purpu.

VITA CHRISTI.

Matt. 27 *Purpuream induitur vestem, fert spinea sarta,
Concutitur flagro, calamum fert dextera sceptrum.
Instant Isacidae cuncti, tolle, eripe vinctum,
Vittus hic, in fontem iubet ipsos tollere vinctum.*

Hora 10.

IIII. ACTVS.

Matt. 27
Lucæ 23.
Ioh 19 *Tum crucis ipse trabem (visu miserabile) gestat
Ad loca supplicij, socio politurq, pericli
Cyrenis genito: trahit æger, vulnere tardus,
Semianimisq, crucem: tum ducit corda sororum.*

Pascha IIII, & ultimum, in quo Christus verum
Pascha pro nobis in ara crucis immola-
tus est.

Hora 11.
Crucifigi-
tur Chri-
stus.

*Ad fontem sortis suæ iniquæ: roboribus Crux
Confestim misero fatalis surgit, acutoq,
Hæret traiectus ferro palmasq, pedesq,
Latronum in medio, sitienti felleo aceto*

I. *Turbant labra: TATER, dein inquit, mittito noxam
Hostibus, ignavis rerum, cæcisq, furore,
Turpi odioq, necis causam, meritiq, trilingui
PONTIVS assignat titulo: Velamina miles*

II. *Eius sorte trahit: Matrem, tum sub cruce stantem,
Discipulo commendat: ei quoq, turba prophana,
Hora 12.
Ioh. 19
Ma. 27. Mar
15. Lucæ 23 Milesq, procuresq, urbis, seuiq, latrones
Insultant, risuq, caput diro omine quassant.*

III. *Tunc etiam in dextra pendentem parte latronem
Ad Paradisiacos cæli sponte euehit agros.
Lucæ 23
Hora 1
Eclipsis So-
lis. Et iam Sol medium Titanus hauserat orbem,*

Cum

VITA CHRISTI.

Cum caput obscura, lugens infantis amici,
 Atq; Creatoris casum, ferrugine velat,
 Terramq; inuolvens umbris, subito eximit omnem
 Terrigenis lucem: tenebras hic clamat inter:
 Cur, DEVS ô, Natum me tempore deseris isto?
 Postremum sitit inde, acido sumtoq; liquore,
 Cuncta peracta refert: iterumq; nouissima verba
 Ingenti rumpens cum voce ait: ô Pater alme,
 Hanc animam tibi trado, hanc accipe: dixit, & inter
 Signa, dabant quæ terra, polusq;, & aperta sepulcra,
 Inclimans caput, insuperas dilabitur auras.

Matth. 27.
 Marc. 15.
 Lucæ 23.
 Ioan. 19.

IIII.

V.

VI.

Hora 2.

VII.

Hora 3.

Mox omnis locus & gemitu, miseroq; tumultu
 Miscetur, rupesq; simul plangoribus altæ
 Fœmineis ululant: franguntur crura latronum,
 Et sanctum CHRISTI fluit vnda & sanguine pectus.

Matth. 27.
 Marci 15.
 Luc. 23.
 Ioan. 19.

Sepultura Christi.

Hinc sibi donari defuncta cadauera Christi
 Diuitijs pollens, Arimathidos urbis alumnus,
 Expetit, atq; nouo tecum, Nicodeme, sepulcro

Hora 4.

Sabbathum Christi in sepulcro.

Condit: CHRISTVS ubi verus Deus ac homo: ternam
 Ad lucem ducit fato non absq; quietem.

Hora 5.

Hinc obsignatur bustum, turbæq; petenti
 Dicitur: hos tibi do famulos, en accipe seruos,
 Non vlli quos antè dedi, quibus ipse ego possum
 Bellando rigidos depellere sedibus hostes.
 Hic tibi defuncti numerus custodiat ossa,
 Ne quis sit, CHRISTO qui sese iactet adempto.

Matth. 27.
 XXVI. dies
 Martij.
 Dies Satur-
 ni.

F 3

Quid

VITA CHRISTI

Resurrectio Christi.

XXVII, d
Matth. 28
Marc 16
Lucæ 24
Ioh. 20.

Quid loquar aut reditum Christi? quem fama
secuta est

Fortia succinctum diuino pectora Zelo,
Tartareos spoliasse Duces, & gurgite ab alto
Eoi maris ut redijt Sol tertius, inter
Custodes timidos tumuli superasse cauernas,
Corpus & ex tumulo rediuiuum corripuisse?

Lucæ 24

Aut ut transfossos socijs monstrauerit artus?
Quasue dapes inter binis patefactus amicis?

Marc 16

Lucæ 24

Iohan. 20.

Quo studio matres quæsiuerit? & quibus ante
Discessum signis se fratribus ostentârit?

Omnia, quæ Vatum quondam meditante Corona
Audiuit SION, iussitq; ediscere sanctos,

Ille facit: iussis respondent omnia Patris:

Credere donec oues tibi, ô spirabile Numen,

Mar. 16.

Lucæ 24.

V. dies

Maij.

Acto. 1.

Ascensio Christi ad cœlos.

Iussus, ad æthereum rursus conscendit Olympum.



ECLO.

ECLOGA SEPTI-
ma.

CHRISTVS RE-
DIVIVS.

Psalm. 110. De torrente in uia bibet, propterea ex-
altabit caput.



ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Traditus ob sordes, & crimina nostra, salutem
Ob nostram uiuit Christus, & astra tenet.

F 4 ARGV

ARGVMENT- tum.

*Propheticum & didascalicon' est hoc Idyllion.
Vaticinium enim Prophetæ Esaiæ de passione & re-
surrectione CHRISTI, item de fructibus seu vili-
tatibus earundem commemorat.*

LOCI.

- I. Doctrina de passione & crucifixione Do-
mini nostri IESV Christi.
- II. De effectibus passionis ac mortis Christi.
- III. De sepultura Christi.
- IIII. De agno paschali typo Christi, pro nobis
in ara crucis immolati.
- V. De resurrectione CHRISTI.
- VI. De regno Christi æterno.



INTER.

INTERLOCVTO
RES.

Lycidas, Mæris.



Vr DEVS ipse, patris VERBUM, (ter- Ly.
ra tremor ingens

Arguit hoc, cautes scissæq, & aperta se-
pulcra)

In ligno moritur? ferro traiectus acuto

Artus? Isacidum num diris actus, & ira

Hic medios inter latrones clamitat: eheu,

Heu DEVS, heu Nati tibi quo pia cura recessit?

Maior causa subest: (iussis parere sacratis

Est æquum:) nobis potius gens seruijt ista,

Turpe ministerium: nostris occidimus illum

Criminibus: nos ecce rei nos mortis eramus

Æterna: at genitor nostri bonitate misertus

Æterna, nobis donat, sua pignora, Natum,

Qui moriens mortem moriendo vincit, & omni

Crimine nos mundans, nos suscipit, erigit, ardet,

Siue sub infernas furijs urgentibus umbras,

Seu successuros amni stygis: aspice ut amnem

Sulphureum dextra dispergit, vindice dextra.

Montibus in nostris quis nam considerat ista?

Quid si eadem certent furibundo temnere corde?

Languores, ô CHRISTE, tuos malè conspurcando.

Incipe, Mæri, prior: si quos aut numinis ictus,

Aut latronis babes morsus, aut oscula Iudæ:

F 5

Incipe

C H R I S T V S

Incipe, conatus Flatus sacer ipse iuuabit.

*M. Immodè hæc quæ quondam, repletus numine, Vates
Protulit Amosides, & C H R I S T I fata notauit,
Experiat, tu V I C T O R E M dic postea C H R I S T V M.*

*L. Astra poli quantum cedunt Hyperione nato,
Narcisso quantum flores: huic cætera Vatum
Iudicio nostro tantum præfagia cedunt.*

*M. Desine plura, sacra C H R I S T I successimus urnæ.
Esa. 53. Expansum, D E V S, ecce T V V M tristi in cruce*

S E R V V M

*Cernimus, hi tumuli testes, & sidera nobis.
Vera quidem memoro, memorantem vera quis audit?
Cuius D E I nota est vis tanta, potentia tanta?
Coram P A T R E S V O ceu virgula pullulat, atq;
Ceu radix, siccis terræ quæ sedibus exit.
Vidimus ipsius postquam miserabile corpus,
Vidimus haud vllum decus, heu crudelia fata
Vidimus: in toto nil corpore fulsit honoris,
Qui caperet nostros oculos, & pectora nostra:
Omnibus exhaustus iam viribus, omnium egenus,
Non vlli æquiparandus erat: morboq;, doloreq;
Ebrius: hinc stupidi vultus auertimus omnes.
Non vlli inueos his mastrauere diebus
Ad tua, C H R I S T E, boues altaria, thura nec vllus
Libavit, quis sis, tentauit quærere nullus.*

*Verè languores tulit agro in corpore nostros:
Ille, s v o nostros verè extirpasse dolores
Interitu, sortesq; sacra, Vatesq; loquuntur.*

Cæli.

R E D I V I V S.

Caelitus oppressum nos mente putauimus illum:
 ILLI sed ob nostros sua vulnera ferre reatus,
 Atq; quati propter lapsus, & crimina nostra
 Constituit, pœna nobisq; inducere pacem,
 Et nostros sanare suis his ictibus ictus.
 Agnus ut in syluis miser est, & montibus altis,
 Aut densos inter dumos, aut pinguis aruis,
 Quando hinc inde vagans nullo custode vagatur:
 Sic genus omne humanum, tetras sic quicq; iuuabat
 Turpiter ire vias. Verum Diuum atq; hominum Rex
 Come nefas nostrum, scelus omne, opprobrium &
 Misit in hunc solum: postquã fert tristia fata, (omne
 Ipse premit vocem, nec linguam ad iurgia soluit:
 Agnus ut imbellis, si quando in gutture ferrum
 Coniicitur, Domino tendenda aut vellera præbet,
 Non in eo vis, aut voces dominantur acerbe,
 Pro duris verbis, pro morsibus infinitis,
 Hostibus ut bonus esse velit Pater, ore precatur.
 Spargite, humum lacrymis, suspiria ducite matres,
 Spargite, FONS VITÆ tuam per vulnera fimum,
 En tumulum faciunt, tumulo superaddite Carmen:
 CHRISTVS EGO in terris notus, super æthere no-
 tus,
 VIVA DEI SOBOLES, Omni sine labe, dolosq;
 Ob scelus humanum, patre sic statuente laboro,
 AVGVSTI populi custos, augustior ipse.
 Tale tuus sanguis nobis, diuine Redemptor,
 Quale cruor pullis Pelicani: quale scelestum

Dulci

CHRISTVS

Dulci filiolo duris exoluere vinculis.
 Nos etenim cunctos nos crimine mundat ab omni,
 Nos condemnatos, nos ipsa in morte pauentes
 Erigit: hoc praesente nihil nos in nigra Ditis
 Tartara iuris habent, nil vnquam iuris habebunt.
 Nec solum aequiparas, sed maiestate Draconem
 Exuperas, stygiumq; domando destruis Orcum.
 Fortunata DEVS, tu nunc facis, alter ab ipso
 Sit Patre lapsus homo: te fortunante Parenti
 Perplacet, aeternae & meditatur gaudia vitae.
 Nos tamen aeternum tibi carmina nostra vicissim
 Dicemus, nomenq; tuum tollemus ad astra,

M.

Nomen ad castra feremus, amasti nos quoq; CHRIS
 An quicquam lapsis isto sit sanguine maius? (ST E.
 Et primaeuus Adam fuit hoc sanatus, & iste
 Lethaea haec etiam sanabit vulnera nobis.

L.

AT caput è tumulto tollens, rediuiuus ad auras
 Terrestres redit, & limen miratur Olympi,
 Sub pedibusq; videt Lethumq; & Tartara, CHRIS
 TVS.

Ergo animas tristes, atq; ossa inhumata voluptas,
 Impositosq; rogis tenet, innuptasq; puellas.
 Nec lupo insidias stygius, nec spicula Lethum
 Dira pijs meditatur, amat bonus hos quia CHRIS
 TVS.

Ipsius VITAE quis secla, quis enarrabit?
 Sponte enim plagas tolerans, & flagra piorum
 Viuentum è medio sublatus, ut impius vnus

Con.

R E D I V I V S,

Conditur, ut diues lumen vitale relinquit.
 Ipsi, tristitia pleni, suspiria versant
 Concussi montes, ipsæ cum milite tumbæ
 Ipsa sonant arbusta, DEVS DEVS hic fuit ipse.
 Ille licet sceleris purus, licet eius in ore
 Non conficta dolo mendacia, voluere casus
 Maluit humanos, tantos & adire labores:
 MALUIT, æterni sed non sine numine PATRIS.
 Ut bonus, ut felixq; suis, SESE in crucis ara
 Obtulit, & læsi placavit Numinis iras,
 Ecce novas gentes, nouum & illi Semen in orbe,
 Et noua secla, nouo manantia rore quotannis,
 Longæuosq; annos statuet fabricator Olympi:
 Et stygio imprimis confringens limina Regi,
 Ante homines, si viuus erit, si extinctus, in vmbria
 Ipse noua indicet populis decreta parentis.
 Quod propriae haud animæ dubitauit prodigus esse,
 Mille ferens hominum plagas, & mille labores:
 Captabit requiemq; & præmia iusta laborum,
 Notitiaq; SVI multos in regna reponet
 Patria: nanq; horum tristes gerit ille reatus.
 Victores magnos vindex imitabitur ipse,
 Exuuijs etenim clarus, spolijsq; superbis
 Semper erit clarus, vel cum solennia vota
 Reddemus Diuis, vel cum sub luce suprema
 Cœlicolas inter superas lustrabimus ædes.
 Dum iuga nostra tulit, fontes dum iustus amavit,
 Dum lapsis nece subuenit, dum voce Latroni:

Semper

CHRISTVS REDIVIVVS,

Semper honos, nomenq̄, eius, laudesq̄, manebunt.

Ut PATRI, Dignoq̄, DEI, sic HVIC quoq̄, vota
Christicola facient, ornabitur hic quoq̄, votis.

M. Quas tibi quas grates tanto pre munere, IESV,
Soluemus? grati quæ nam tibi dona feremus?

Nam neq̄, nos post hæc Letæi sibilus Anguis,
Nec contrita Necis terrebunt spicula, nec, quæ
Æquorea victor mersisti, crimina, abysso.

L. Hæc te, CHRISTE, fide gratus venerorq̄, colorq̄,
Hæc mihi vibicesq̄, tuas assigno, crucemq̄.

Hæc me, damnatum Genitor velut arsit Adamum,
Hæc eadem doceat, cuius Polus, an onerati?

M. Hanc quoq̄, sume fidem, qua te venerorq̄, colorq̄.

Æternumq̄, colam: quam me licet vsq̄, necaret,

Non tollet Cereris gener, aut Plutonides umbra,

Nitentem flagrisq̄, tuis, & sanguine, IESV.



E C L O.

ECLOGA OCTA

.na.

CHRISTVS TRI

VMPHANS.

Pfal. 68. Currus Domini millies milia angelorum:
Dominus inter eos in Sinai sancto, Ascendisti in altum,
captivam duxisti captivitatem, accepisti dona in homini-
bus.



ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

*Per nubes tranans, dextram genitoris Iesus
Repperit, accipiens caelica dona pijs.*

ARGV.

ARGVMENTUM.

Eiusdem generis est cum precedenti. Est triumphale carmen de victoria, ascensione, & reditu Christi in cœlum: de collectione Ecclesiæ per ministros verbi, de gentium vocatione, & beneficijs quibus in nouo regno Rex & VICTOR Christus suos afficit, auget, & ornat.

LOCI.

- I. De ascensione Christi ad cœlos
- II. De sessione Christi ad dexteram Patris.
- III. De fructu ascensionis Christi ad cœlos.
- IIII. De collectione Ecclesiæ ex gentibus.



ARGV

I N T E R L O C U T O.
R E S.

Lycidas. Petrus.



Vò te, Petre, pedes? an quo via ducit eun- L.
tem?

Quid tremor insolitus sibi? cur vox fauci-
bus hæret?

O Lycida, viui peruenimus, vnica nostri P.
S T & S G R E G I S, vt CHRISTVS iam, possessu-
rus Olympum,

Diceret: Hæc mea sunt regna, inclyta regna: Colonos
Vos orbis linquo: totum migrate per orbem:

I T E, docete omnes gentes, in nomine eadem

Ite lauate Patris, Nati, Flatusq; sacrati.

Nunc igitur tristes, quia fors nos aspera versat,

Hos gimitus (benè quod vertat modò) ducimus illi.

Certè equidem vidi, qua se subducere collis, L.

Palladia gaudens sylua, incipit, & sua dulces

Vsq; ad aquas horti proteudere munera, cælum

Applausus inter vestrum scandisse Magistrum.

Vidisti? in fatis equidem fuit, eius at inter P.

Agmina nostra valent tantum sacra numina, quantùm

Excelsos dicunt scopulos venientibus undis.

Quod nisi sponte nouas in nos effundere vires

Flaminis, æterni monuisset ab æthere Patris,

Nec miser hic cætus, nec postera viueret ætas.

Iamq; D E V S, comitumq; vnà delecta iuuentus

G Conue-

CHRISTVS.

Conueniunt, mensaq; super discumbitur una,
 Cum sic alloquitur nos omnes illico: *vestrū*
 Heu cadat in quenquam tantum scelus? hei mihi, vo:
 Cuncta simul mecum solatia rapta? Draconis (bis
 Creditis haud stygij me peruertisse profunda
 Antra resurgendo? ò turba incredula: SOLI
 Est à Patre mihi rerum data summa potestas,
 Rerum, quas tellus habet, hæc & sidera: Gentes
Ite, docete omnes: in sancto nomine genies
Ite lauate Patris, Nati, Flatusq; sacrati.
 Quisquis crediderit, sacraq; lauabitur vnda,
 Saluus erit: quisquis diuersum fecerit, Orci
 Faucibus absorptus, citò tempus in omne peribit.
 Dæmonas inde truces in nomine pellite nostro,
 Atq; nouis linguis varias efferte loquelas.
 Ite, auferte malum virus serpentibus: ac si
 Fortè pijs herbas, & non innoxia verba
 Miscuerint, illis non tanta venena nocebunt.
 Ite, manus ægris imponite, sponte valebunt.
 Hinc nos, Bethaniam ductos, vario instruit ore,
 Multa suo memorans de regno, de Patre multa.
 Quis *vestrū* Solymas, (inquit) nam dulce Parentis
 Promissum toties inculco, me prohibente
 Linqueret, aut donis sese subduceret istis?
 Tinxit aqua Zachariades: vos post breue tempus
 Ecce lauabimini sacri virtute sacrata
 Flamminis: Hinc nobis querentibus, annè sub ista
 Luce sit Abramidūm restauraturus honores,
Imperi-

CHRISTVS.

Imperiumq; refert: non vestrum tempora nosse,
 Quæ sibi delegit tacito sub pectore SOLI
 Conditor, æthereas qui complet nomine sedes.
 Sed quia delicias volo vos persistere nostras,
 O Petre, mox dico: tempus venit, accipe munus:
 Accipe cum socijs, summi Patris accipe munus,
 Et pastum nostras age oves, atq; inter agendum,
 In Solymis, alijsq; locis me testificando,
 Expauisse hostem, non te premet ille, caueo.
 Sic ait: & miseros medio in sermone relinquit,
 Tollentemq; manus, nos æternumq; valere
 Optantem, nubes nostris subducit ocellis.
 Exemplo, vates sic euentura canebant,
 Ipsius nomen (superent modò nomina nobis.
 Tam sacra, væ miseris, si non ea nomina nobis)
 Credentum sublime ferunt ad sidera cætus.
 Sic pia Tartareas fugiunt examina valles, L.
 Sic stygio nunc strata iacent sua limina Diti.
 Incipe, si quid habes? et te, mors, fecit inermem
 Victoris, heus ubi sunt tua spicula? te quoq; dicunt
 Horrendam, Eumenides, sed non ego credulus illis.
 Nam neq; huic CHRISTO, nec nobis, officis unquã,
 Digna gerens sed vincla, lates Phlegetontis in vndis.
 Illud idem mecum latanti corde voluto, P.
 O Lycida, cæli velut astra subibat IESVS,
 Captiuos dextra ducens victrice Tyrannos,
 Peccatum, Sathanamq;, Necemq;: ô regia pompa,
 Non valeo meminisse, erat hæc ita splendida pompa,

CHRISTVS.

Huc ades, ô pia turba, quis est nam plausus in altis?

AVREVS hic curtus, DEXTRAM Patris omnipotentis

Quam repetit VICTOR: lætas hic numina circum
Fundit sanctorum, Vatumq; frequentia voces.

Hic detracta hosti spolia, hic ignobilis hostis,

Fata gemens, sua vincla gemens: hic flammea turba
Immet, & sanctas texunt sancto omne voces.

Huc ades, hic CHRISTI dotes sine pectora firment.

L. Quid? quæ nam iuvenes, isto sub monte loquentes,
Audieras? an hæc si dulcia verba tenebo,
Omnibus in damnis solatia certa tenebo?

P. TURBA, quid igniferos astrorum suspicis ortus?
HIC IESVS, qui iam processit Patris ad astra,
Astra eadem certo gaudebit tempore rursus
Linquere, & has tranare domos, vidistis vt illum
Nubibus in medijs tendentem Patris ad astra.
Insere ô hæc verba animo, dulcissima verba,
Insere, fac seri teneant ea verba nepotes.

Omne abigunt damnū, Sathanā quoq; sæpè ego tristis
Solando hunc animum noui his me pellere curas.

L. Dum quæsitā mihi nunc gaudia tanta triumpho,
CHRISTE, tuo: grates promo tibi, vox mea CHRISTVM

Te canit ipsa, meus te spiritus euehit ipse.

Te tamen in vita melius celebrabo beata.

P. Regnando ad dextram, IESV, Patris omnipotentis,
Ne rogo sollicitos in longum differ amores.

Et

TRIVMPHANS.

Et nunc omne tibi nostrum filet agmen, & omnes
(Aspice) ploratus ceciderunt agminis huius.
In te spes nobis est unica, nobile munus
Incipit, apparere DEI Patris, hic ubi tantas
Expectamus opes iusti: ô maximè victor,
Hic calamos depono: tamen tua carmina dicam,
Ex vita donec te vindice colligar ista,
Psallentes & ad astra feremur, ad astra feramur
Psallentes omnes, DEVS, hoc nos fasce leuabis.
Desino, mecum iterent omnes, (hoc instat agamus)
Vive, vale VICTOR, pie Victor, maxime Victor,
Vive, vale, salve atq; iterum: læto omine dextras
Iungemus rursus, IESV, cum veneris ipse,
Carmina grata tibi, cum veneris ipse, canemus.



ECLOGA NO.

na.

ARRABO.

Iohelis 2. Et erit in nouissimis diebus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij uestri, & filia uestra: iuuenes uestri uisionem uidebunt. & seniores uestri somnia somniabunt, &c.



ἸΠΟΘΕΣΙΣ.

*Arva Patris, Natiq, pios docet altera cætus
Seruare, has tantas altera poscit opes.*

A R.

ARGVMENT- tum.

Didascalici generis est, & deliberatiui. Perspi-
cuis enim rationibus probat, Spiritum sanctum, ante-
quam Filius DEI naturam humanam assumerit,
cum Patre & Filio ab æterno fuisse, & omnes ele-
ctos omnibus temporibus sanctificasse & gubernasse.
Deinde petit à Deo, vt eodem Spiritu suo nos regere,
& semen sibi sanctum inter nos conseruare dignetur.

LOCI.

- I. De Spiritu sancto.
- II. De beneficijs Spiritus sancti.
- III. Quod Spiritus sanctus fuerit, antequam
Filius Dei naturam humanam assum-
ferit.
- IIII. De visibili missione Spiritus sancti, facta
in die Pentecostes, Acto. 2.



INTERLOCUTIO
RICES.

Vrania, Thalia.



E T Patris, & Gnati, spirabile numen,
amorem,

Quò Pater æternus Natum, Natusq; pa-
rentem

Diligit, ardenti motu quo corda piorum

Iunguntur: PATRIS & gnati dicemus amorem.

*Tu mihi, CHRISTE, faue, superant mysteria
captum*

Ista meum: fando non res euoluere tantas,

CHRISTE, tuo possum sine sacro numine: sacris

Tu maiestatem rebus, verbisq; nitorem

Suggere, quò veterum tradit quæ pagina Vatum,

Nostra Camæna suis quoq; condere versibus ausit.

En erit ille dies, mihi cum tua nomina fari

Fas sit, in æterna vita mihi, maxime Victor,

Fas sit Apollineo tua pangere nomina plectro.

*CHRISTE, tibi incipio, tibi desino CHRISTE: te-
nellis*

Infantum linguis gaudes: sine carmina nostra

Cætibus in sanctis sanctas tibi pangere laudes.

Attigerat nondum curuantis sidera Cancræ

Phœbus, ubi meritos aris Ecclesia honores

Maclans, gratisono meditatur pectore festum,

Quod Pentecosten solenni voce vocamus:

Vrania

A R R A B O.

*V*RANI A, innectens Lauro sacra tēpora, FLATV
Atq; DEI repleta, toro sic cepit ab alto.

Tolle moras, saxis age templa extructa vetustis, *V R.*
Ingredere, ingenuo CHRISTVM qui corde fateris.
Perge, fac atq; DIIS altaria pingua thure.

FLAMINIS immenso diuini motus amore
Dum cano, dum letor, (quanquam mea lingua labori
Tanto non par est) animis aduertite promus.

Te, Paraclete, canam, mihi dum superare licebit,
Te moriens etiam extrema tamen alloquar hora.

Incipe diuinos, cœtus sacer, incipe versus.

DVLCIS AMOR, summusq; parens te, Gnatus & *I.*
ipse

Semper habent, semper firmo quos fœdere iungis.

Turbaq; quæ sermone tuo se passa doceri,

Quæq; colit te animo grato, tibi mansio grata.

Incipe diuinos, cœtus sacer, incipe versus.

Sic DEVS, ut primùm mundi primordia struxit, *II.*

Verbo: tunc in aquis tua vis volitauit, & arcem

Conspiciam lustrans, cuncta in sua membra redegit.

Incipe diuinos, cœtus sacer, incipe versus.

Mitteris hinc patribus, cœlesti hinc robore mentes *III.*

Ipsorum firmas: num nos speremus & illud?

Speremus: PAX alma fuit sub tempore tali:

Cum senibus pueris tunc, ut sacra iussa Tonantis

Audirent, parili studio ad Delubra venitur.

Incipe diuinos, cœtus sacer, incipe versus.

Tempore completo, plenè & voluentibus annis, *IIII.*

A R R A B O.

Quo noua progenies esset mittenda supremo
De caelo: Mariam, Numen ecœlestæ, puellam
Vis tua obumbravit, natum quo nixibus omni
Ederet absq̃ viro castis castissima virgo.

O nimum felix Virgo, dum despicis omne
Humani ingenij, rationis & argumentum,
Sermonesq̃ hominum varios, atq̃ impia verba,
Et solum curare DEVM mortalia credis.

V.

Incipe diuinos, cœtus sacer, incipe versus.

Finibus in nostris illo te tempore (sacra
Ceu monumenta docent) vidit baptista Ioannes,
Quo baptisauit CHRISTVM Iordanis in amne,
Ipse parens rutilo sic clamat ab æthere: NATVS
Hic meus est: nobis placet hic, semperq̃ placebit,
HVNC AVDITE: statim forma simulante Colum-
bam

Tu Christi supra caput astas, atq̃ sacratum
Ingeminans plausum, miro fulgore corujcas.

Tunc oculis potuit clavis contingere numen
Plebs Iudæa tuum, sed non te ingrata recepit.

Vi perijt demens? ut eam malus abstulit error?

Incipe diuinos, cœtus sacer, incipe versus.

VI.

In CHRISTOq̃ sedens docuisti, hic unde veniret,

Quia ferret, cœlo cur nunc descenderet alto:

Scilicet humanum proprio quo sanguine posset
Eduxisse genus crudeli carcere DIÆS.

Crudelis Dæmon magis? an malefecit Adamus?

Inuito quod poema DEO fatalia cepit?

Et

A R R A B O.

Et malefecit ADAM, crudelis tu quoq; Dæmon.
 Incipe diuinos, cœtus sacer, incipe versus.
 Tunc quoq; discipulis CHRISTO mandante superne
 Missus es: apparent diuisæ guttura lingua,
 Apparent apices flammæ: facta loquuntur
 Magna DEI, & pleni diuini Numinis omnes
 Dant similes voces Europa, Asiaq; Colonis.
 Miratur Latium, Lybia mirantur & agri.
 Incipe diuinos, cœtus sacer, incipe versus.
 Omnia nunc fient vnus grex, pastor & vnus.
 Nunc cunctis erit vna fides, erit vna voluntas.
 Nos DEVS in CHRISTO dilecto diligit om-
 nes,

VII.

Manera dans nobis cœlestia: plaudite gentes,
 En etiam vobis PATRII spiraminis aura
 Redditur, hoc CHRISTI postremum munus habete.
 Desine MUSA sacros, iam desine, pangere versus.
 Vranie hæc: quæ nunc cantauerit ore Thalia,
 Dicite Christiades, deducto dicite versu.
 Omnia nunc replet DEVS, est & in omnibus omne.
 Concipe vota DEO, manus ô dilecta, potenti,
 Concipe, odorato mox indue phana Deorum
 Gramine: fer Diuis laudes, fer thuris honorem.
 Flamini illabi sancti quod numina nostris
 Experiar sinibus, cœtus pie, concipe vota.
 Dicite cœlestem, mea carmina, dicite Flatum.
 Vota DEVM celebrant, & habent sua commoda vo-
 Publica: vota pijs præbent solatia vera,

Th.

(ta
 Rum.



A R R A E O.

Rumpitur & Sathanae rabies temeraria votis.
 Dicite caelestem, mea carmina, dicite Flatum.
 Ergo supplicibus quoq;, Spiritus alme, querelis
 Annue, & hos nostros diuino numine cœtus
 Pro bonitate tua rege, protege, flecte, gubernas.
 Nos doceas, veriq;, vias nos ducto in omnes,
 Vnum quo simus cuncti, fateamur & vnum.
 Vota tibi ista, tuo quæ semper consona verbo
 Fundere, terq;, preces summissis pectore tales
 Nunc iterasse decet, precibus, Deus optime, gaudes.
 Dicite caelestem, mea carmina, dicite Flatum.
 Flecte uos, assisq;, tuis hoc tempore tristi:
 Pelle lupos, ouium veniunt qui in vestibus albis:
 Qui lanis ouium vestiti mollibus, intus
 Corda lupina fouent: Sathanae dic organa pello.
 Argue peruersi delicta audacia mundi,
 Quod queat haud animo soli confidere. CHRISTO,
 Cum tamen ad summum sacrata morte Parentem
 Iuerit, & mundi malesano cum grege Princeps
 Iamdudum stygias sit condemnatus ad undas.
 Dicite caelestem, mea carmina, dicite Flatum.
 An, fons viue, tua hæc Ecclesia tuta manebit?
 Demonis infestis nunc undiq;, cincta procellis?
 Vt dumosa nihil torrentia flumina curat,
 Rupes: ut Coycis aues, ubi frigida bruma,
 Educunt pullos, neq;, littora sæua tremiscunt:
 Sic tua turba, DEVS, sic inconcussa manebit:
 Nititur hæc stabilis stabili quia rupe: malorum

Hanc

A R R A B O.

Hanc vis nulla hominum, nec porta potentis Auerni
 Quantumuis sauis poterunt euertere telis.
 Dicite caelestem, mea carmina, dicite Flatum.
 Talis credentum facies tristissima, qualis
 Cum celsam oppugnat varijs assulibus urbem
 Hostis, eam cupiens subuertere: mœnia sternit
 Insultans, sternit sata lata, incendia miscet
 Noxia, nec tristi meminit decedere pugna.
 Talis turba tua est, hæc sed tibi cura mederi.
 Dicite caelestem, mea carmina, dicite Flatum.
 Hanc olim CHRISTVS tibi, prouidus ipse reliquit,
 Agmina cara sui, cum rebus in orbe peractis
 Rursus ad astra poli redijt: nunc limine in isto
 Te paribus studijs, ô Spiritus alme, preeamur:
 Fleete tuos, assisq; tuis hoc tempore tristi:
Nil proprio nobis audemus sumere motu,
Quod sumus, omne tuo sumus almo numine, Numen.
 Dicite caelestem, mea carmina, dicite Flatum.
 Tu requies anime dulcis, fons viuus, et ardens
 Ignis, tu verus fletu Paracletus in omni.
 Dulcis amor summi gnati summiq; parentis,
 Dulcis amor, iungens hominum pia corda piorum,
 Autor amicitiae, diuinæ pacis et autor.
 Dicite caelestem, mea carmina, dicite Flatum.
 Fleete, quod est rigidum, letbalia vulnera nobis
 Influxit Dæmon quæ prima in origine, sana:
 Frigida corda foue, rege deuia, sordida purga.
 Nil proprio nobis audemus sumere motu,

Quod



A R R A B O.

Quod sumus, omne tuo sumus almo numine, Numen.
Dicite caelestem, mea carmina, dicite Flatum.
Aspice nunc verbi Doctores, aspice coetus
Discendum, placideq; Scholas simul aspice doctas,
Inq; tuae seruans nos religionis amore,
Da nos posse bonis tecum caelestibus uti.
Respice nos miseros: tua nanq; potentia magna:
Tu sine fine bonus: tua qui sacra iussa facessunt
Respice: ne duris sine nos succumbere rebus.
Respice, mox iram clementer dilue iustam,
Respicis? an caros tibi fallis? fallere caros,
Parcite, diuinum nescit, mea carmina, Flamen.



E C L O.

ECLOGA DECI-

ma.

TRIAS.

Pfal. 33. Verbo Domini caeli facti sunt, & Spiritu
eris eius. omnis exercitus eorum.



ἸΠΡΟΕΒΕΙΣ.

*Ultima Musa sacros Triadis decantat honores,
Errores taxans, dire Epicure, tuos.*

ARGV.

ARGVMENT- tum.


*Eiusdem generis est cum superiore. Docet enim, catholicam fidem hanc esse, vt neq; personas confu-
dentes, neq; substantiam separantes vnum Deum in
Trinitate, & Trinitatē in vnitare veneremur. Simul
etiā errores & corruptelas omnes refutat, quæ aliquā
partem huius doctrinæ de DEI vnitare in essentia, &
Trinitate in personis conuellunt, aut labefactant. Tan-
dem de vsu monet, quem hæc doctrina de vero DEO
in quotidiana inuocatione & gratiarum actione ha-
bet.*

LOCI.

- I. De patefactione DEI.
- II. De definitione veri DEI.
- III. De vnitare Dei in essentia.
- IIII. De tribus personis diuinitatis.
- V. De discrimine veræ & falsæ inuocationis.
- VI. De erroribus seu corruptelis, quæ cum hac
vera doctrina de Dei essentia pug-
nant.

ERgò

TRIAS.


 Rgo veni patris & Nati spirabilis ardor,
 Qui solus præbes faciles in carmina vires
 Vatis, infantum linguis cœlestia solus
 Qui tibi sceptrâ paras: animis illabere no-
 Atq; hunc extremum nobis concede laborem. (stris,
 PAVCA Deo, cœtus sed quæ legat unicus, uni.
 CHRISTE, benigne, tibi sacratus, carmina dicam.
 Carmina quis neget huic, verbo qui cuncta creavit,
 Oris & afflatu fecit qui sidera cœli.
 Sic nec ubi Ascræi fontis, nec Phocidos undæ
 Snt tentanda mihi vada, sed magis ardua, nugæ
 Mens humana suas non intermisceat unquam.
 Incipe, MUSA, DEVM trinum dicemus, & unum.
 Dum superos grato celebramus pectore, grata
 Non canimus mûdo, canimus gratissima CHRISTO,
 Fautori ceptorum operum, superumq; Parentem
 Cantantes, meritos aris mactamus honores.
 Quæ lingua aut quæ vox mortalis, dicite Musæ
 Christiades, valet has res fando evolvere tantas?
 Scilicet æternus Deus est quod trinus in una
 Natura, mens una, boni mens unica causa,
 Libera, mens, sapiens, mitis, sine fine, sine ortu,
 Nulla ferunt cuius fulgorem lumina, quamq;
 Contrectare manu nostrum non contigit ulli.
 Hæc vis eloquij nulla, hæc facundia nulla
 Commemorare potest: sola sunt mens, fideq;
 Accipienda, suæ si quis rationis acumen
 Hic sequitur, captus perit, ipso Damone captus.

H

Nam

T R I A S.

Nam neq̄ Serueta verba impia, nam neq̄ Fausti
 Hunc coluere D E V M, neq̄ dogmata falsa Phileti.
 Illum etiam Cathari spreuere, Neposq̄, Photinusq̄,
 Et Mahometigenæ gentis furor: ista Tonantem
 Nanq̄ colit sine prole sacra, sine flamine sacro.
 Stant & Iudæi circum, neq̄ pœnitet ipsos
 Dogmatis horrendi, tibi quo conuitia dicunt,
 Maxime C H R I S T E, tuo nec te dignantur honore.
 Messiam expectant alium, te nosse recusant,
 Scripturæ eucti rationibus: hos malus Anguis,
 Hos etiam Sathanas ad flumina pascet Aueini.
 Venit Panthoides, docti venere Platonis
 Somnia vana, simul vates quoq̄ venit Achaus.
 Quis D E V S iste, rogant: quanto accuratius omnes
 Inquirunt, tanto minus hæc evolvere possunt.

Vna D E V S mens est, mens est sine fine, sine or-
 quam quicumq̄, suæ rationis acumine tentat (tu,
 Scrutari, captus perit, ipso Damone captus.

Venit at ipse λόγος, celso demissus Olympo,
 Eterni T A T R I S effigies, diuinus Apollo,
 Turba, quid insanis? Idola quid (inquit) adoras?
 Sic cupis æternæ contingere præmia vitæ?
 Sit tibi sit summum cognoscere cura Parentem
 Vnica, quemq̄, alto demisit ab æthere C H R I S T V M.
 Hætenus (infandum) Sathanae decepta favore,
 Numina per tenebras demens aliena secuta es.
 Venit Esaias etiam, virtute superna
 Religiosa sibi sculpenes numina taxans.

Noscen.

T R I A S.

Noscendū vna DEVM sit regula Lesbia verbum
 Ipsius, hoc animo temnunt quicunq; superbo,
 Non iubar his Phœbi clarum caligine pulsa
 Fulgeat, aut roseis splendens aurora capillis,
 Venit & æternus Pater, hunc audiuius ipsi
 Nubibus in medijs sic clara voce sonantem.
 Et quis finis erit? simulacra quid impia curas?
FILIVS hic meus est, genui quem luce sub ista
Hunc audite, DEVM si vultis nosse parentem.
 Nec ratione Deus, nec numina fraude, nec arte
 Æternæ inquiruntur opes, nec sidera Gazis.

Solus at ille tamen cœtus, tibi, CHRISTE, dica.
 Filiolis hæc tanta suis mysteria semper (tus
 Occidit, hæc solus duce te cantare peritus.
 Nam veluti fœtus caræ genetricis in aluo
 Non nisi materno nutritur sanguine, vasa
 Per sua, quæis ruptis mox Embrya contabescunt:
 Sic pia turba DEI sacra gestatur in aluo,
 Inuenit inq; eius solo solatia VERBO,
 Quo sine mox stygijs damnata immergitur undis,
 Felices animæ, quibus atria sancta tenere
 Contigit, & CHRISTI quibus infinita voluptas
 Agnitio, hæc sola cœlestia regna subibunt.
 O vtinam multi nostris ex finibus essent,
 Delicias bona tanta suas qui in corde vocarent,
 Nec vel opum studio moti, vel casibus agris
 Cessarent animum sacris intendere rebus,
 Dissimilesq; sibi fierent in tempore paruo.



T R I A S.

Certè siue pijs Sathanas, siue obsit Auernus,
 Aut quicumq; hostis, (quid tum? si tristis Auernus,
 Atq; furens Sathanas sit, nigra Colubris & antra.)
 Sub pedibus nostris CHRISTO illa iuuante iacerent,
 Cederet & subito Sathanas, citò cederet hostis.

Hic FONS ipse BONI, hic ægræ solatia men-
 Hic pax, hic pietas, hic vota placentia Diuis. (tis,
 Hic DEVS hic semper vero celebratur honore,
 Quod trinus Deus est, Naturaq; vnus in vna,
 Corporea sine mole DEVS, Deus omnia cernens,
 Aternus, verax, bonus, omni tempore castus,
 Iustus, & ad veniam pronus, liberrimus, vnus
 Omnia qui facit, omnipotens, sapientia cuius
 Omni sine caret, res seq; extendit in omnes.
 Ipse PAREN S, genuit qui antè omnia secula Natū,
 Splendorem, effigiemq; suam: qui cuncta creata,
 Quicquid & orbis habet, cū Nato & Flamme fecit
 Ex nihilo, qui iamq; pari regit omnia nutu.
 Ipse ΛÓΓΟΣ, verè diuinæ mentis imago
 Integra, quem Genitor, dum se considerat ipsum,
 Gignit ab æterno: per quem sunt omnia facta,
 Qui propter mortale genus, nostramq; salutem
 Sponte sua tandem patrio descendit Olympo,
 Et nostram assumpsit mirando fœdere massam,
 Vt patri fieret pro nostra vitima culpa,
 Vtq; aditum faceret nobis ad sidera cœli.
 Ipse PATRIS, GNATIq; ARDOR, qui verè
 ab utroq;

Pro.

T R I A S.

Procedit, qui cuncta fouet, qui corda piorum
Replet letitia, veroque accendit amore.

Mundo stulta quidem sunt hæc, mendacia & a-
Mundus amat tenebras, lucisque Dei, perosus: (tras
Hunc iam tela inter media atrox detinet hostis.

Ast tu crede DEO, mea mens, neq, mæsta tumultu
Commouere nouo: trinum qui possit & unum
Vni ritè DEO tribui: mysteria verè
Vera manent, animo quæ velle inquirere summa est
Impietas: fido quæ credere pectore virtus

Maxima, qua angelicus cætus, qua numina gaudent.
Sunt procul à vero, sua qui figmenta sequantur

Hic (mihi crede) DEO, sunt hi procul aq, salute
Vera, mox stygias undas, mox Tartara Ditis
Hoc sine contingent: ab quem non Tartara Ditis
Commoueant? quem non in glauca Cerberus vluat?

Qualiter hæc fieri possint, nec dixeris, omne
Hæc quale excedunt: ne quomodo dixeris, omne

Illa modum superant: non qua ratione, misellæ
Iudicio mentis longè hæc sapientia præstat.

C R E D E Deo patri, nullum qui fallere nouit:
Procumbe ante pedes Nati: nanq, vnicus ille
Morte sua reparat vitæ tibi dona prioris.

Pneuma etiam sanctum celebres: hoc auspice CHRI-
Iungeris, hoc solo vitio purgaria ab omni. (S T O

Nec maiestatis sanctæ mysteria sancta
Inquiras nimium, quin talia concipe vota.

Ibo, & cœlesti quæ sunt mihi tradita verbo

T R I A S.

Dogmata, constanti semper meditabor honore.
 Certum est in terris, inter tot damna malorum
 Malle pati, quam alijs postponere numina vera
 Numinibus: crescant damna, ipsa pericula crescant.
 Interea tanta quid pro pietate rependam,
 Conditor alme, tibi? magnos tua dogmata caelas,
 Paruos nosse facis: num grato pectore gratus
 Lustrabo tua templa? lares ad munera ponens?
 Saepè tuamq; precabor opem, ne fortè Draconis
 Territus insidijs, Gazas mihi pectore tantas
 Eripuisse sinam? non me Sathanae vlla vetabunt
 Fulmina, non scelerum cumulus, non impia mundi
 Turba, deo huic animo toto confidere soli.
 Hoc sine in obscuris Lethi quia vallibus erro,
 Et Labyrinthæis inuoluor sponte tenebris.
 Venit ab hoc uno mihi spes, mihi gratia vera,
 Et pax, et bonitas, et vita, salusq; beata.
 Iam mihi per mundum videor, sectasq; profanas
 Ire, libet solo contraria vincere verbo
 Agmina, sit VERBUM tanti medicina furoris,
 Aut DEVS à veris versus desistat, et ipsa
 Mente probare sua posthac mendacia discat.
 Iam neq; Cecropij, Samij neq; somnia nobis
 Ipsa placent, ipsæ præcul hinc discedite gentes,
 Quæ colitis simulacra argentea, numina quæq;
 Fictitia ex fuluo vobis componitis auro.
 Non illi humanos possunt lenire dolores,
 Nec si pauperiem duram, casusue cruentos,

Hostia

TRIAS.

Hostilesq; minas mundi subeamus acerbi:
 Nec si, cum lumen vitale relinquimus, agri
 Versemus stygiae stygia sub imagine mortis.
 Cuncta DEI Patris, Nati, Flatusq; sacratiss
 Vincit amor, nos & tanto studeamus amori.

Hæc sat erit, mea Musa, Deum cecidisse potentē,
 Dum sedet, & tripliciter omnes numine torquet
 Christiades, vos hoc celebrastis carmine Numen,
 Numen cuius amor, quanto est conspectior in vos,
 Laude decet tanto magis hoc resonare perenni.
 Cessemus, solet esse gravis mortalibus omnis
 Diumarum arguta nimis scrutatio rerum:
 Nostris animi est gravis umbra, nocent rationis &
 umbrae:
 Ite domum, venit vobis DEVS, ite Camæne.

τέλος καὶ δόξα τοῦ Θεοῦ.



H 4

TRAN.

TRANSEVNDVM
est.



Vita quid hæc? brevis est: septem bis clau-
ditur ecce
Lustris: pertingit vel si fastigia summa,
Lustrorum spacio tandem bis clauditur
Optima si fuerit, fuit anxietasq, laborq. (octo.
Temporis hæc spoliū est, hæc lubricitatis imago,
Debilitatis ea exemplum, violentia sati,
Fortunæ lusus, damni trutina, inuidiæq.
Vita quid æterna est? longa est, absoluitur vllis
Nec lustris, fons iusticiæ, fons atq, salutis.

Vita

VITA AETERNA bonum, quo nil praestantius
Emoriendo viget, viresq; acquirit in ipsa (vllum,
Morte: metu primo tristis: mox ducit ad astra
Letantes animas, gremio inq; recondit Abrahæ.
Illam MESSIAS, summi ex ardore Tonantis,
Præsentem (vt perhibent) miserisq; pijsq; salutem
Attulit, ignotam cunctis mortalibus ante.
Donum æternū, ingens, cui sunt quot in æthere stella,
Tot saluandæ animæ subter, (mirabile dictu)
Tot bona, tot cœli sedes, tot præmia CHRISTI.
VITA pijs scutum sub luce, leuamen in umbra,
Stridet ubi SATHAN, haud declinās lumina somno.
VITA, pios doctura, vt in vno numine tectè
Sint trina ipse Parens, Natusq;, et Spiritus ipse:
Tàm læti, vitæq; tenax, quàm ianua vitæ.

B. F. C.



H 5

TEſſã.

ΤΕΤΡΑΣΙΧΟΡ,

7 N IDYLLIA SA-
cra Frenceliana.



*Acte lyra, è spolijs Ægypti dona geren-
te:*

*Pastorem inter oues laude Camena
ferat.*

*Quisquis in orbe fide sacra carmine plectra mouebit,
Is fide tender ouans deinde per astra manum.*

P. D. T.

ERRATA.

A 5. λυχνᾶ lege λύχνῳ:

B 8. ac lege at.

Ibidem versu 21. ægram. l. ipsam.

Contagia l. contagia.

C. 4. grneris l. generis.

C 5. gratiariis l. grataris.

C 6. Sed l. Si ad vitam &c.

C 7. Vnius numina l. vno numine.

Ibidem cludatis l. claudatis.

D. 4. no.

D 4. nostris de cœtibus l. nostris te & c.

D. 5. partumq; tuam l. tuum.

Ibid: tam vivere l. dum vivere gestis

D. 8. quo tum mea l. quo dum & c.

E. 1. DEVS l. DEVS.

E1. hominis l. gemmis.

Ibidem fulmina l. flumina.

E 2. efficacia l. efficacia.

E 3. operbus l. operibus.

E 4. Fugs l. fuga.

E 5. Imperit l. impertit.

F. 1. indieat l. indicat

F. 2. concordibus l. concordibus.

Ibidem vincetus l. vincetus.

F. 6. humanum l. humanum.

Ibid. Sibulus l. Sibilus.

F. 8. ARGV. l. INTERL.

G, 1. gimitus l. gemitus.

Ibid. proteudere l. protendere.

G. 2. dicune l. dicunt.


G. 4. Interlocutorices l. Interlocutrices.


G. 7. bouis l. bonis.

Cætera γραμμά σφάλματα, candidus Lector
facilè emendabit.

GLORIA IN EX-
celsis Deo.







Q 2326

ULB Halle

3


004 971 035



m.c







⁶
BARTHOLEMÆI
FRENCELI
COTHENI
IDYLLIA
SACRA.

²
EL
2384



Psalm. 2.
Osculamini Filium, ne quando irascatur, & pe-
reatis in via &c.

VVITTEBERGÆ
Johan. Schruvertel excudebat.
ANNO M. D. LXXVI.

